abesse. Vgl. Brut. 80, 276: *hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, afuit, si opus erat defuit;* de or. II. 47, 196: *quibus omnibus verbis, quae a me tum sunt habita, si dolor afuisset meus* (= *si dolore caruissent meo*), *non modo non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea*; ebds. 70, 281; de deor. n. II. 13, 37: *neque enim est quicquam aliud praeter mundum, cui nihil absit;* de leg. I. 2, 5: *abest historia litteris nostris*, u. a.

maximarum rerum, d. i. von der Philosophie.

Sin oratoris cet. bezieht sich auf 10, 44: *ut prudentibus — videare dicere*, wie vorher *Nam si quis* cet. auf 10, 44: *ut in iudiciis — valeat oratio.*

quaero, id ipsum qui possit adsequi sine ea scientia, quam ei non conceditis? Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicet, ea, de quibus dicet, percepta sunt, exstare non potest. Quam- 49.
obrem, si ornate locutus est, sicut et fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus, materies illa fuit physici, de qua dixit, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est. Et, si Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus, quod ego concedo; si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputaverunt, eloquentes et in dicendo suaves atque ornati fuerunt, sint eae

---

sine ea scientia. Dieses Wissen ist zwar vorher nirgends ausdrücklich definirt, ergibt sich aber aus der ganzen Rede des Scävola § 35—44: es ist das polyhistorische Wissen, welches ausser der Gesetzes- und Staatenkunde auch noch die Kenntniss der Litteratur, Geschichte und der Philosophie im allgemeinen umfasst und die Grundlage derjenigen Geistesbildung ist, welche eine wohlgeordnete (*composite*), im Ausdruck und Gedanken schmuckvolle (*ornate*) und gehaltreiche (*copiose*) Darstellung möglich macht. Dieses allgemeine Wissen, welches auch noch mit den Worten *ea, de quibus dicet, percepta sunt* bezeichnet wird, ist wohl zu unterscheiden von den speciellen Fachwissenschaften, zu denen auch das Detail der philosophischen Materien gehört, und es findet sich also in dieser Darlegung des Crassus kein Widerspruch. Festzuhalten ist dabei immer, dass die Ausdrücke *ornatus, ubertas in dicendo et copia, artificium, expolitio* u. ä. sich nicht bloss auf den Ausdruck, sondern zugleich auf die Gedanken, welche die Darstellung anziehend machen, beziehen.

conceditis, wie unten 14, 59: du mit denen, welche deine Ansicht theilen; ähnlich 21, 96: *delaberemini.*

dicet — potest. Dieselbe Uebertragung eines allgemeinen Grundsatzes auf einen einzelnen zukünftigen Fall findet auch statt II. 42, 178: *nihil est enim in dicendo maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet.*

percepta sunt, nicht *sint*, ist richtig, weil der Conj. Präs. im Bedingungssatz neben dem Ind. Präs. im Hauptsatz nur in der 2. Pers. Sing. zur Bezeichnung des deutschen m a n steht.

exstare: zur Erscheinung gelangen, sich herausstellen, = *conspicua esse*, wie 16, 72: *apparet atque exstat*; III. 26, 101: *exstare atque eminere.* Verschieden davon ist I. 12, 53: *exsistere.*

49. *physicus ille Democritus*, s. z. 10, 42. Es heisst nicht *Democritus ille physicus*, weil Democrit hier nur als Vertreter der ganzen Schule angeführt wird und auf letzterer der Nachdruck liegt; ebenso § 45: *Peripatetici Critolai.*

eloquentes. Da dieses Wort den allgemeineren Begriff der Darstellung schon in sich fasst, so konnte *in dicendo* dabei fehlen (aber auch stehen, vgl. § 47), dagegen nicht bei den folgenden Adj. Vgl. 36, 137: *Atqui non defuit illis patronis — eloquentia neque dicendi ratio aut copia.*

sint hae res. So steht immer das Verbum an der Spitze eines concessiven Hauptsatzes mit nachfolgender Beschränkung nach einem vorhergehenden Bedingungssatze; vgl. Acad. II. 32, 105: *Haec si vobis non pro-*

res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis, oratio quidem ipsa propria est huius unius rationis, de qua loqui-
50. mur et quaerimus. Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputavisse neque ob eam rem philosophiae non satis fecisse, quod non habuerit hanc dicendi ex arte aliena fa-
12 cultatem. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum, quos nominavi, in dicendo ubertatem et copiam ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate et elegantia non utuntur? Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, adferunt proprium, compositam orationem et ornatam et artificio quodam et expolitione distinctam. Haec autem oratio, si res non subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est
51. aut omnium irrisione ludatur. Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia nec scientia? Quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, id

---

bamus, sint falsa sane, invidiosa certe non sunt; Brut. 84, 289: *Qua re si anguste et exiliter dicere est Atticorum, sint sane Attici, sed in comitium veniant.*

studiis: Wissensgebiete; *rationis*: Fach, Gebiet.

50. Chrysippus aus Soli in Cilicien, geb. 280 v. Chr., gest. 208, Schüler des Zeno und Cleanthes und Nachfolger des letzteren in der Leitung der Stoa, ein Mann von vielseitiger Gelehrsamkeit (Tusc. disp. I. 45, 108: *ut est in omni historia curiosus*) und dialektischer Schärfe, schrieb auch eine Rhetorik, vgl. de fin. IV. 3, 7: *scripsit artem rhetoricam Cleanthes, scripsit etiam Chrysippus, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Als Philosoph genoss er ein so hohes Ansehen, dass von ihm gesagt wurde: εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά.

neque adversativ, wie II. 5, 19; 15, 62 u. ö.

ob eam rem, so stets bei Cic., nie *eam ob rem.*

satisfecisse, vgl. 37, 170: *satis illi arti facere.*

habuerit, s. z. 18, 83: *dicebat.*

ex arte aliena, vgl. 14, 62: *de alieno artificio.*

12. *Unum erit*, so viel als: es wird sich bei der Vergleichung ergeben; daher folgt nicht wieder das Fut. sondern das Präs.: *adferunt.*

compositam, wie 11, 48 und 15, 64; *ornatam*: blühend; *artificio quod.* cet., ἓν διὰ δυοῖν: durch künstlerische Ausarbeitung verschönert oder gehoben. Der Acc. ist durch die Attraction von *proprium* zu erklären; vgl. 25, 114: *linguae solutio*, cet.

Haec autem oratio cet., vgl. 5, 17; 6, 20; 11, 48.

nulla sit: überhaupt unmöglich.

51. *sonitus inanis*, vgl. Tusc. disp. V. 26, 73: *inanis sonos fundere.*

quacumque cet., abgekürzte Ausdrucksweise für: *et quacumque ex arte, quocumque de genere erit;* denn sonst findet sich *quicumque* und *quisquis* = *quivis* nur in der Verbindung *quacumque ratione* und *quoquo modo*; vgl. 16, 67: *a quoquo.*

orator, si tamquam clientis causam didicerit, dicet melius et ornatius, quam ipse ille eius rei inventor atque artifex. Nam 52. si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas et certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam, fatebor equidem in his magis adsidue versari hanc nostram dictionem; sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quae ipsi magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt nec tenent. Quis enim nescit maximam vim 53. exsistere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut ad dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis? Quae, nisi qui naturas hominum vimque omnem humanitatis causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet perficere non poterit. At- 54. que totus hic locus philosophorum proprius videtur; neque orator me auctore umquam repugnabit: sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint elaborare, tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi adsumet; hoc enim est proprium oratoris, quod saepe

---

artifex: der eine Kunst (ein Fach) praktisch auszuüben vermag, also: sachkundiger Techniker. Anders 6, 23.

52. *in his — versari*: sich auf diesem Boden — bewege.

53. *Quae*: die vorher bezeichneten Thätigkeiten des Redners. Als Prädicat erwartete man etwa *praestare non poterit*, und dies hat auch dem Schriftsteller zuerst vorgeschwebt; der längere Zwischensatz aber ist Veranlassung zu einem Anakoluth geworden, indem das Object in einer allgemeineren Form (*quod volet*) wiederholt und dem entsprechend auch ein anderes Prädicat (*perficere*) gewählt worden ist.

quod volet: seinen Zweck; vgl. die ähnlichen Umschreibungen 3, 10: *quod voluerit consecutus sit*; 5, 19: *quod expetunt consequi*; 26, 108: *quod quaerimus omittere*; 30, 135: *quo intendis* u. a.

humanitatis, s. z. 8, 32.

54. *Atque*: Nun freilich.

hic locus: dieser Abschnitt von den Affecten.

me auctore: nach meinem Rath oder wenn ich rathen soll, wie 59, 251; III. 14, 54: *Qua re istos omnis me auctore deridete.*

tractationem orationis: die durch die Sprache bewirkte Behandlung, sprachliche Darstellung, vgl. 23. 109: *tractatione dicendi* und zu 1, 1: *ambitionis occupatio*.

illa scientia = *illarum rerum scientia*: jene psychologische Kenntniss; *nulla*, wie 12, 50, aber ein hyperbolischer Ausdruck. Der Gedanke ist: Die Erforschung des systematischen Zusammenhangs mag immerhin der Redner dem Philosophen überlassen, aber eine Kenntniss dieses Kapitels überhaupt ist doch auch ihm unentbehrlich, nur muss er ausserdem noch die Fähigkeit zur formellen Behandlung besitzen; daher *sibi adsumet*, nicht bloss *sumet*, wie 37, 170; 50, 217.

iam dixi, oratio gravis et ornata et hominum sensibus ac
55. mentibus accommodata. Quibus de rebus Aristotelem et Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide ne hoc, Scaevola, totum sit a me. Nam ego, quae sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti, quae de his rebus disputant, oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros artis
56. suae nomine, hos rhetoricos et inscribunt et appellant. Etenim cum illi in dicendo inciderint loci, quod persaepe evenit, ut de dis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi [civium, de] hominum [de gentium] iure, de aequitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia atque

---

13. 55. *Aristotelem*: in seiner noch vorhandenen Rhetorik, *Theophrastum*: in der verloren gegangenen Schrift περὶ λέξεως.

vide ne = ὅρα μὴ: siehe zu, ob nicht; vgl. 55, 235; II. 17, 71.

sit a me, wie *stare ab aliquo*: auf jemandes Seite stehen, für ihn sprechen, = *pro me*, wie III. 20, 75: *Qua re hoc — non modo non pro me, sed contra me est potius.*

non mutuor, weil Crassus die Sachkenntniss ebenfalls dem Redner vindicirt; *isti*, insofern 9, 43 diese Männer von Scävola selbst angeführt worden sind; *concedunt* findet in dem folgenden Satze seine Erklärung, aber die ganze Darstellung macht die irrthümliche Auffassung möglich, als ob von den genannten Philosophen jene psychologischen Fragen in keiner anderen Schrift behandelt worden seien. Es hätte vielmehr heissen sollen: *isti quoniam de his rebus in libris rhetoricis disputant, eas oratorum esse concedunt.*

56. *Etenim* cet. knüpft an *non mutuor ab illis* = *non concedo illorum propria esse* an, und *clamabunt* cet. vertritt einen logisch untergeordneten Gedanken = *quamvis licet clament*, worauf folgen sollte: *ego tamen, cum — concessero, illud oratori — dabo*; vgl. z. 1, 3: *Nam.* Der Gedanke ist der schon § 54 ausgedrückte: Wenn auch die Philosophen dieselben Gegenstände behandeln, so gehört doch ihre Kenntniss diesen so wenig eigenthümlich an, dass sie vielmehr als Gemeingut der Philosophen und Redner, ihre eindrucksvolle und fesselnde Darstellung aber als besondere Aufgabe der letzteren anzusehen ist.

de communi hom. iure: von dem Naturrecht, das sonst gewöhnlich mit *ius gentium* bezeichnet wird. Das Staatsrecht (*ius civile*) ist kein Gegenstamd philosophischer Discussion und wird überdies § 58 noch besonders besprochen.

aequitate = *iustitia*; von den vier Cardinaltugenden ist die *sapientia*, die Grundlage der übrigen, nicht erwähnt.

gymnasia, weil die Philosophen in den Palästren und Gymnasien ihre Vorträge zu halten pflegten; vgl. II. 5, 21: *nam et saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in eis philosophi garrire coeperunt, et hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, discum audire quam philosophum malunt.*

omnes philosophorum scholae sua esse haec omnia propria, nihil omnino ad oratorem pertinere. Quibus ego, ut de his rebus in angulis consumendi otii causa disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone disputant, hic cum omni iucunditate et gravitate explicet. Haec ego cum ipsis philosophis [tum] Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus hic noster, qui nunc aedilis curulis est, et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset; ac iam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus.
Iam vero de legibus *de conventis*, de bello de pace, de 58.
sociis de vectigalibus, de iure civium generatim in ordines aetatesque discripto dicant vel Graeci, si volunt, Lycurgum aut Solonem — quamquam illos quidem censemus in numero

---

propria, s. z. 10, 44.

nihil omnino: schlechterdings nichts, wie Tusc. disp. I. 3, 5: *ut non multum, aut nihil omnino Graecis cederetur.* Dagegen *omnino nihil:* überhaupt nichts. So auch bei *nemo, nullus* und *omnes.*

57. *angulis*, im Gegensatz zu der Oeffentlichkeit des praktischen Lebens, vgl. de rep. I. 2, 2: *virtus in usu sui tota posita est, usus autem eius est maximus civitatis gubernatio et earum ipsarum rerum, quas isti in angulis personant, reapse, non oratione perfectio.*

tribuam et dabo, wie 11, 48: *tribuat et concedat.*

exsangui, wie öfters von kraft- und schmuckloser Rede, vgl. ad Her. IV. 11, 16: *veniunt ad aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari.*

cum — iucunditate, vgl. 7, 27. Vorher steht der blosse Abl. *tenui — sermone*, um das Mittel zu bezeichnen, während die *gravitas* und *iucunditas* durch *cum* als ein hinzukommender Umstand dargestellt wird.

Athenis, s. 11, 45.

Cogebat, wie jetzt Cotta und Sulpicius den Crassus und Antonius, vgl. 22, 99 ff.; II. 4, 15. M. Marcellus, der sonst nicht weiter bekannt ist, begleitete als ganz junger Mann den Crassus auf seiner Reise aus Asien.

ludos, vgl. 7, 24.

58. *de conventis.* Diese Privatverträge werden oft neben den *leges* unter denjenigen Gegenständen erwähnt, deren rechtliche Behandlung dem Redner nicht unbekannt sein darf; vgl. II. 27, 116 (II. 24, 100); part. or. 37, 130: *scriptorum autem privatum aliud est, publicum aliud: publicum lex, senatus consultum, foedus; privatum tabulae, pactum, conventum, stipulatio.* Das letzte Glied *de iure civium* fasst die vorhergehenden zusammen. *Vectigalibus* ist hier masc. = *stipendiariis.*

generatim — discripto: klassenweise unter (an) die Stände und Lebensalter vertheilt, d. h. nach Ständen — gegliedert. Diese Bedeutung hat *discribere* zum Unterschied von *describere*, vgl. II. 71, 288: *Sed haec ipsa nimis mihi videor in multa genera discripsisse*; p. Flacc. 7, 15: *quae scisceret plebes aut quae populus iuberet summota contione di-*

eloquentium reponendos — scisse melius, quam Hyperidem
aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et per-
politos, vel nostri decemviros, qui XII tabulas perscripserunt,
quos necesse est fuisse prudentis, anteponant in hoc genere
et Ser. Galbae et socero tuo C. Laelio, quos constat dicendi
59. gloria praestitisse. Numquam enim negabo esse quasdam
partis proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis
studium suum omne posuerunt; sed oratorem plenum atque
perfectum esse eum, qui de omnibus rebus possit copiose
14. varieque dicere. Etenim saepe in iis causis, quas omnes
proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex
usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex ob-
scuriore aliqua scientia sit promendum atque adsumendum.
60. Quaero enim num possit aut contra imperatorem aut pro

---

stributis partibus tributim et centuriatim discriptis ordinibus, classibus, aetatibus — iuberi vetarique voluerunt. Zu *discribere ius in ordines* vgl. de leg. agr. II. 31, 85: *duodena discribit in singulos homines iugera.*

Hyperides, geb. 396, gest. 322, wie sein grösserer Zeitgenosse Demosthenes (geb. 385, gest. 322) heftiger Gegner Philipps von Macedonien. Vgl. zu II. 22, 94.

perpolitos, vgl. z. 10, 42: *ornati.*

vel — anteponant in h. g. Ser. Galbae anakoluthisch statt: *vel — in h. g. quam Ser. Galbam*, neml. *dicant scisse melius*; *genere*, wie 21, 97.

necesse est, wie sich aus dem Inhalt der Zwölftafelgesetze ergibt. Die Vortrefflichkeit derselben wird auch unten 44, 195 gerühmt.

Ser. Galbae, s. z. 10. 40; *C. Laelio* vgl. 9, 35 u. Brut. 21, 84: *ut ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriathi bello reperimus fuisse Laelium, sic ingenii, litterarum, eloquentiae, sapientiae denique etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio.*

praestitisse, wie III. 33, 135: *Utroque in genere et elaboravit et praestitit.* Gewöhnlich ist es mit einem Dat. verbunden.

59. *partis*, scil. *eloquentiae*, wie die Psychologie und die Rechtskunde, entgegengesetzt dem folgenden *de omnibus rebus.*

sed, neml. *dicam*, was aus *numquam negabo* = *facile concedam* zu ergänzen ist.

plenum atque perfectum, häufig mit einander verbunden, wie de fin. IV. 14. 36: *perfecta et plena sententia*; ad Her. II. 20, 31: *perfectam et plenam argumentationem.*

dicere, mit Nachdruck an das Ende gestellt, um den Gegensatz zu dem vorhergehenden *cognoscendis atque tractandis* hervorzuheben.

14. *usu*: Praxis; *scientia*, vgl. 3, 10.

promendum atque adsumendum, s. z. 8, 31: *polita*; *adsumendum*, neml. zu dem, was aus dem den Rednern eingeräumten *usus forensis* gewonnen wird; vgl. 12, 54; 29, 133 u. o.

imperatore dici sine rei militaris usu aut saepe etiam sine
regionum terrestrium aut maritimarum scientia; num apud
populum de legibus iubendis aut vetandis, num in senatu de
omni rei publicae genere dici sine summa rerum civilium
cognitione et prudentia; num admoveri possit oratio ad sensus
animorum atque motus vel inflammandos vel etiam exstin-
guendos, quod unum in oratore dominatur, sine diligentissima
pervestigatione earum omnium rationum, quae de naturis hu-
mani generis ac moribus a philosophis explicantur. Atque 61
haud scio an minus vobis hoc sim probaturus: equidem
non dubitabo, quod sentio, dicere. Physica ista ipsa et ma-
thematica et quae paulo ante ceterarum artium propria po-
suisti, scientiae sunt eorum, qui illa profitentur; inlustrare
autem oratione si quis istas ipsas artis velit, ad oratoris
ei confugiendum est facultatem. Neque enim, si Philonem 62

---

rei militaris usu: Erfahrung im Kriegswesen, wie Lael. 2, 5: *multarum rerum usum*; Caes. b. g. VI. 40, 3: *nullo etiam nunc usu rei militaris percepto.*

60. *saepe*, kurz für: wie der Fall oft liegt, wie es oft vorkommt, nemlich dass er dieser Kenntniss bedarf. Vgl. 1, 1: *saepe numero.*

de omni rei p. genere: über alle Zweige der Slaatsverwaltung.

cognitione et prudentia, s. zu 8, 34: *moderatione ac sapientia*; *summa*: vollständig. wie ad Att. I. 16, 5: *summo discessu bonorum.*

admoveri: angewandt werden, dienen = *adhiberi*; vgl. or. 17, 55: *ille perfectus —, utcumque se adfectum videri et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum.*

sensus, vgl. 51, 222; II. 45, 189.

unum, pleonastisch bei *dominatur*: den Ausschlag gibt, vgl. z. 8, 30 und or. 37, 128: *in quo uno regnat oratio*; ebds. 21, 69: *id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum.* Zum Inhalt vgl. 12, 53.

rationum: Ansichten, Lehrsätze.

61. *dubitabo.* So steht das Fut. öfters auch in Bezug auf eine unmittelbar folgende Handlung, vgl. 12, 52: *fatebor*; 13, 59: *negabo*; 38, 172: *dubitabo*; 60, 256: *repugnabo*; II. 35, 150: *complectar*: ebds. 14, 60: *fatebor.*

quod sentio, wie 8, 32: *sensa*, = meine Meinung; vgl. z. 12, 53: *quod volet.*

paulo ante: 10, 42 ff.

profitentur, vgl. z. 6, 21: *suscipere ac polliceri.*

inlustrare: in das rechte Licht setzen, anschaulich darstellen.

62. Philo, um 300 v. Chr., war nicht bloss ein geschickter Baumeister, sondern auch Schriftsteller in diesem Fach. Vgl. Val. Max. VIII. 12, 2: *Gloriantur Athenae armamentario suo*; *nec sine causa*; *est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suae in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiae eius quam arti tribueret.* Dies Arsenal ging bei Sulla's Belagerung in Flammen auf.

illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est architecti potius artificio disertum quam oratoris fuisse. Nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non, cum ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset. Neque vero Asclepiades, is quo nos medico amicoque usi sumus [tum eloquentia vincebat ceteros medicos], in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinae facultate utebatur, non eloquentiae.
63. Atque illud est probabilius, neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnis in eo, quod scirent, satis esse eloquentis; illud verius, neque quemquam in eo disertum esse posse, quod nesciat, neque, si optime sciat ignarusque sit faciundae ac poliendae orationis, diserte id ipsum, de quo
15. 64. sciat, posse dicere. Quamobrem, si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique volt, is orator erit mea sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui, quae-

---

rationem: den Plan.

huic M. Antonio: unser M. Antonius, wie 29, 131: *hunc Cottam*, u. o.

Hermodoro. Ein Schiffsbaumeister dieses Namens stammte aus Salamis und erbaute auch den Marstempel im Circus Flaminius zu Rom. Wo Hermodorus eine Schiffswerft gebaut hat, ist nicht näher bekannt.

causam, etwas anders 12, 51: *clientis causam*.

Asklepiades aus Prusa in Bithynien, berühmter Arzt zu Rom, welchen Mithridates vergeblich an seinen Hof zu ziehen suchte.

is quo, distinguirend, um das hinzugefügte Merkmal als ein unterscheidendes oder wichtiges zu bezeichnen; durch *quo* allein würde es als ein bloss zufälliges (oder als ein allgemeines) dargestellt werden.

non eloquentiae, wofür am Anfange des § die Wendung mit *potius quam* gebraucht ist, kann nicht entbehrt werden, da hier fortwährend die beiden Gegensätze vollständig ausgeprägt sind. Ganz ähnlich 9, 37: *non consilio et sapientia singulari.*

63. *illud est*: das deutsche 'zwar' wird im Lat. oft nicht besonders ausgedrückt; *probabilius*, weil dem Schriftsteller der Gegensatz *quam verius* vorschwebte; etwa: recht ansprechend.

dicere solebat, vgl. Xen. Mem. IV. 6, 1: Σωκράτης γὰρ τοὺς μὲν εἰδότας, τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων, ἐνόμιζε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐξηγεῖσθαι.

si, concessiv, wie oft; *ignarusque*: und zugleich, d. h. aber doch.

faciundae: kunstvoll zu gestalten, wie II. 9, 36: *verborum faciendorum*; III. 48, 184: *orationem, quae quidem sit polita et facta quodam modo*; or. 51, 172: *orationis faciendae et ornandae auctores.*

15. 64. *universam — vim*, vgl. II. 39, 164: *si res tota quaeritur, definitione universa vis explicanda est.*

cumque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter
et composite et ornate et memoriter dicet cum quadam actionis
etiam dignitate. Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod 65.
ita posui, quacumque de re, licet hinc quantum cuique
videbitur circumcidat atque amputet, tamen illud tenebo, si,
quae ceteris in artibus aut studiis sita sunt, orator ignoret
tantumque ea teneat, quae sunt in disceptationibus atque
usu forensi, tamen his de rebus ipsis si sit ei dicendum, cum
cognoverit ab iis, qui tenent, quae sint in quaque re, multo
oratorem melius, quam ipsos illos, quorum eae sint artes,
esse dicturum. Ita si de re militari dicendum huic erit Sul- 66.
picio, quaeret a C. Mario adfini nostro et, cum acceperit,
ita pronuntiabit, ut ipsi C. Mario paene hic melius, quam ipse,
illa scire videatur; sin de iure civili, tecum communicabit te-
que hominem prudentissimum et peritissimum in iis ipsis rebus,
quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. Sin quae res 67.
inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupidita-
tibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum
sit, forsitan, si ei sit visum — etsi haec quidem nosse debet

---

inciderit, wie 13, 56; 15, 67.

prudenter (mit Sachkunde) und die folgenden Glieder bezeichnen die fünf Aufgaben des Redners: *inventio, dispositio, elocutio, memoria, actio.*

memoriter, hier: mit treuem Gedächtniss, genau aus dem Gedächtniss; anders 19, 88.

65. *posui*: die Behauptung aufgestellt, mich so ausgedrückt habe, wie de fin. II. 31, 100: *Hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit.*

circumcidat, wie Tusc. disp. I. 32, 78; Acad. II. 45, 138: *testatur saepe Chrysippus tris solas esse sententias, quae defendi possint, de finibus bonorum; circumcidit et amputat multitudinem.*

tantumque, s. z. 11, 46.

quae sunt in disceptat.: darin vorkommen oder dazu gehören. So auch II. 1, 3: *nullius rei, quae quidem esset in his artibus.* Anders (= *positum esse in*) II. 72, 292: *si causa est in argumentis.* Die Wiederholung von *in* war vor *usu* nicht nothwendig, weil mit diesem Subst. nur der vorhergehende Begr. *disceptationibus* näher erläutert wird.

66. *huic Sulpicio*, wie 14, 62: *huic M. Antonio.*

adfini: denn der Sohn des Marius war ebenfalls Schwiegersohn des M. Scävola Augur.

pronuntiabit: vortragen (bei Cic. nie = aussprechen, was *appellare* oder *dicere* ist); vgl. II. 30, 131; III. 35, 140.

tecum communicabit: er wird sich mit dir benehmen; vgl. 58. 250.

67. *natura*, d. i. der Menschennatur, weil hier nur von der Ethik die Rede ist, und es ist vielleicht fälschlich von den Abschreibern *hominum* hinter *vitiis* statt hinter *natura* gesetzt worden; übrigens steht an anderen Stellen der Plur. dieses Wortes, wie 12, 53; 14, 60; 36, 165; III. 31, 124.

orator —, cum Sex. Pompeio, erudito homine in philosophia,
communicarit: hoc profecto efficiet, ut, quamcumque rem a
quoquo cognoverit, de ea multo dicat ornatius, quam ille ipse,
68. unde cognorit. Sed si me audiet, quoniam philosophia in
tris partis est tributa, in naturae obscuritatem, in disserendi
subtilitatem, in vitam atque mores, duo illa relinquamus atque
largiamur inertiae nostrae; tertium vero, quod semper ora-
toris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse
69. possit, relinquemus. Quare hic locus de vita et moribus totus
est oratori perdiscendus; cetera si non didicerit, tamen po-
terit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo ad eum
16. erunt delata et ei tradita. Etenim si constat inter doctos,
hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis ver-
sibus Aratum de caelo stellisque dixisse; si de rebus rusticis
hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium

Sex. Pompejus, Oheim des Pompejus Magnus, ein gründlich gebildeter Mann und Anhänger der Stoa; vgl. III. 21, 78.

erudito — in philosophia, wie 59, 253: *erudire in iure civili;* ähnlich steht oft *rudis in aliqua re.*

communicarit. Der Conj., welcher bei *forsitan* immer steht, hat hier potentiale Bedeutung und beginnt den Nachsatz, dessen zweiter Theil mit *hoc prof. eff.* asyndetisch angereiht ist.

quoquo, s. z. 12, 51: *quacumque ex arte.* Statt dieses allgemeinen Folgerungssatzes erwartet man zunächst einen speciellen, auf Sex. Pompejus bezogenen Schluss; vgl. § 67.

68. *tributa*, häufig für *distributa* oder *divisa* gebraucht; vgl. de fin. II. 6, 17: *omnem vim loquendi (Zeno), ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partis, rhetoricam palmae, dialecticam pugni similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.*

in naturae obscuritatem cet.: in das dunkle Gebiet der Naturphilosophie, die scharfsinnig operirende Dialektik, die Untersuchung der Lebensgrundsätze und Sitten (Ethik): die drei Theile der alten Philosophie.

relinquamus = praetermittamus; *largiamur = condonemus* oder *demus:* erlassen.

nisi tenebimus, nihil — relinquemus: müssen wir festhalten, oder wir werden —. Vgl. 28, 126 u. 128.

69. *locus*: Kapitel, wie 12, 54; *si*, vgl. 14, 63; *didicerit*: studirt hat.

16. *doctos*: wissenschaftlich Gebildete.

Aratum, vgl. z. 9, 38: *eloquentia.* Aratus aus Soli in Cilicien, um 270 v. Chr., Schüler des Stoikers Zeno, verfasste ein Gedicht *Φαινόμενα καὶ διοσημεῖα*, in welchem er nach Art der alexandrinischen Dichter mit grosser Gelehrsamkeit prunkte. Cicero hat es übersetzt.

Nicander aus Kolophon, um 150 v. Chr., schrieb ein verloren gegangenes Gedicht *Γεωργικά*, welches Vergil zu seinem gleichnamigen Ge-

poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare: quid est cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempusque cognorit? Est enim fini- 70.
timus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari qua velit. Nam quod illud, Scae- 71.
vola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere: numquam mehercule hoc dicerem, si eum, quem fingo, me ipsum esse arbitrarer. Sed, 72.
ut solebat C. Lucilius saepe dicere, homo tibi subiratus, mihi

---

dicht benutzt hat. Vorhanden sind noch von ihm die Θηριακά und Ἀλεξιφάρμακα.

rustica, so der Concinnität wegen statt *rustici hominis*; ähnlich 29, 133: *nostro more aliquando, non rhetorico loquamur.*

70. *finitimus.* Auch III. 7, 27 wird den Dichtern *proxima cognatio cum oratoribus* zugeschrieben.

numeris astrictior. Beide haben zwar den Rhythmus zu beobachten, aber der Dichter, welcher auch an das Versmass gebunden ist, in höherem Grade. Vgl. III. 48, 184.

quidem certe, auch III. 13, 51 zusammengestellt: *haec satis spero vobis quidem certe maioribus molesta et putida videri*; p. Sest. 7, 16: *ignarus quidem certe et imprudens impendentium tantorum scelerum*; Cat. m. 2, 6: *speramus, volumus quidem certe senes fieri.*

71. *Nam* cet. Dieser Gedanke wird durch die Form der *occupatio* als ein solcher bezeichnet, welcher mit den vorhergehenden nicht auf gleicher Linie steht und nur beiläufig am Schluss zurückgewiesen werden soll, vgl. z. 5, 18; *negasti:* 10, 41.

quem fingo: den ich gestalte, d. h. dessen Bild ich entwerfe, synonym mit *informo*, vgl. or. 2, 7: *atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit.*

72. *Sed.* Sinn: Wenn ich dies auch selbst nicht leiste, so muss ich doch an dieser Forderung festhalten.

solebat mit *saepe* verbunden, wie 27, 124; 28, 129 u. o. Uebrigens ist es sehr möglich, dass Lucilius nur von Dichtern geredet, Crassus aber (od. Cicero) dies wegen der nahen Verwandtschaft beider auf die Redner übertragen hat.

C. Lucilius, römischer Ritter, nach gewöhnlicher, aber nicht sicherer Annahme geb. 148 zu Suessa Aurunca in Campanien, gest. 103 zu Neapel, Freund des Scipio und Lälius, schrieb 30 Bücher Satiren, welche dem Horaz als Muster dienten. Vgl. Quint. X. 1, 93: *fuit eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abundantia salis.*

subiratus. Scävola mag, während er auf seine Rechtskunde pochte, in den Reden seine Geringschätzung gegen allgemeinwissenschaftliche Bildung zu sehr haben merken lassen und deshalb von Lucilius verspottet worden sein.

4*

propter eam ipsam causam minus, quam volebat, familiaris, sed tamen et doctus et perurbanus, sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus eis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus; quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque exstat, utrum simus
73. earum rudes an didicerimus. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus, didicerintne palaestram an nesciant, et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere an nesciant, non obscurum est, sic in orationibus hisce ipsis iudiciorum, contionum, senatus, etiam si proprie ceterae non adhibeantur artes, tamen facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

17. 74. Tum ridens Scaevola: Non luctabor tecum, inquit, Crasse, amplius. Id enim ipsum, quod contra me locutus es, artificio

---

volebat. Lucilius fühlte sich zwar zu Crassus hingezogen (was Crassus ohne Selbstüberhebung von sich sagen durfte, weshalb *volebam* unnöthig ist), wurde aber durch seine Beziehungen zu Scävola gehindert, zu ihm in ein näheres Verhältniss zu treten.

sic sentio correspondirt nicht mit *ut solebat*, womit nur der parenthetische Satz eingeleitet wird, sondern ist mit Bezug auf das Folgende gesetzt, wie oft *sic existimo*, z. B. p. Mur. 3, 7: *Sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi — debuisse.* Vgl. 25, 113.

libero, s. z. 5, 17; *si,* z. 14, 63; *exstat* z. 11, 48.

73. *pila,* vgl. 50, 217; II. 62, 253. Am Ballspiel vergnügten sich in Rom auch ältere und angesehene Männer.

artificio, wie § 74: Kunstgriff.

didicerintne palaestram, wie III. 22, 83: ob sie die gymnastische Schule durchgemacht haben.

etsi kann durch 'zwar' wiedergegeben werden, da im Deutschen die coordinirte Satzverbindung vorgezogen wird; vgl. 17, 79: *etiam si.*

sciant pingere, vgl. II. 22, 91: *deligere scivit,* wofür *nosse* oder *callere* unklassisch wäre.

iudiciorum cet., vgl. z. 9, 32: *forum*; 46, 201.

proprie: um ihrer selbst willen, zu einem ihrem Wesen entsprechenden Zweck, also: geflissentlich.

adhibeantur, Durch den Conj., welcher bei *etiam si* auch sonst häufiger als der Ind. steht, deutet Crassus an, dass der Redner von den besprochenen Disciplinen doch bisweilen einzelne Punkte absichtlich in Anwendung bringen kann.

opere: Handwerksarbeit, vgl. 18, 83: *operarios lingua celeri et exercitata.*

iactatus, stärker als *versatus*; vgl. III. 10, 39: *qui in veteribus erit scriptis studiose et multum volutatus.*

17. 74. *artificio,* mit scherzhafter Beziehung auf 16, 73: *artificio proprio palaestrae.*

quodam es consecutus, ut et mihi, quae ego vellem non esse
oratoris, concederes et ea ipsa nescio quo modo rursus de-
torqueres atque oratori propria traderes. Quae, cum ego 75.
praetor Rhodum venissem et cum illo summo doctore istius
disciplinae Apollonio ea, quae a Panaetio acceperam, contu-
lissem, inrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam atque con-
tempsit multaque non tam graviter dixit quam facete. Tua
autem fuit oratio eius modi, non ut ullam artem doctrinamve
contemneres, sed ut omnis comites ac ministratrices oratoris
esse diceres. Quas ego si quis sit unus complexus omnis 76.
idemque si ad eas facultatem istam ornatissimae orationis ad-
iunxerit, non possum dicere eum non egregium quendam
hominem atque admirandum fore; sed is, si quis esset aut si
etiam umquam fuisset aut vero si esse posset, tu esses unus
profecto, qui (et meo iudicio et omnium vix ullam ceteris ora-
toribus — pace horum dixerim — laudem reliquisti. Verum 77.

---

quae ego vellem: namentlich die Philosophie und Politik, 12, 54 u. 13, 59.

detorqueres, insofern er von dem Redner zwar kein Fachstudium, aber doch eine allgemeine Kenntniss jener Wissenschaften verlangte; *traderes*, vgl. 13, 57: *tribuam et dabo.*

75. *Rhodum venissem:* im J. 121.

Apollonius, aus Alabanda in Carien, war zu Rom einer der berühmteren Lehrer der Rhetorik: nicht zu verwechseln mit dem ebenfalls aus Alabanda stammenden Apollonius Molo, dem Lehrer Ciceros.

Panaetio, s. z. 11, 45.

philosophiam, eine ähnliche Nachlässigkeit des Ausdrucks wie 12, 53. Dass Cicero, obgleich das Object mit *Quae* (d. i. solche Erörterungen über das Verhältniss der Philosophie zur Beredsamkeit) schon allgemein bezeichnet ist, doch noch die Philosophie besonders hervorhebt, mag durch die Rücksicht auf die Deutlichkeit veranlasst worden sein. Uebrigens ist durch diese Unregelmässigkeit der Satzbildung der Ton der Unterhaltungsrede vielleicht absichtlich nachgeahmt worden.

non ut, so regelmässig statt *ut non*, wenn *sed* folgt, bei welchem *ut* wiederholt werden muss.

76. *Quas ego.* Diese auffallende Trajectio des Pron. *ego* ist lediglich durch die Gewohnheit Cicero's, die Pronomina zusammenzustellen, herbeigeführt worden. Zugleich wurde dadurch die Häufung des *s* in den Worten *Quas si quis sit* weniger fühlbar gemacht.

sit complexus, wofür *complexus fuerit* unciceronisch wäre, vertritt wie *adiunxerit* den Conj. Fut. ex.; *unus* ist, wie oft, bloss um des Gegensatzes zu *omnes* willen hinzugefügt; vgl. 49, 212.

quendam, s. z. 4, 14: *incredibili quodam.*

pace cet., vgl. Tusc. disp. V. 5, 12: *pace tua dixerim*; p. Mil. 38, 104; ähnlich ist *bona tua venia.* Durch beide Ausdrücke soll dem Missfallen an der folgenden Aeusserung vorgebeugt werden.

si tibi ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur, quin scias, neque eam tamen scientiam, quam adiungis oratori, complexus es, videamus ne plus ei tribuamus, quam res et veritas ipsa concedat.

78. Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus aut scire potuimus, qui ante ad agendum, quam ad cognoscendum venimus; quos in foro, quos in ambitione, quos in re publica, quos in amicorum negotiis res ipsa ante confecit, quam pos-
79. semus aliquid de rebus tantis suspicari? Quod si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe et otium et hercule etiam studium illud discendi acerrimum defuit, quid censes, si ad alicuius ingenium vel maius illa, quae ego non attigi, accesserint, qualem illum et quantum oratorem futurum?

---

77. *neque — complexus es.* Auch Brut. 43, 161 werden gründlichere wissenschaftliche Kenntnisse dem Crassus abgesprochen: *ut eo nihil ferme quisquam addere posset, nisi qui a philosophia, a iure civili, ab historia fuerit instructior.*

videamus ne. So auch Tusc. disp. III. 6, 13 und V. 15, 45 statt des gewöhnlichen *vide ne*; der Vorwurf wird viel höflicher, wenn Scävola sich und alle insgesammt zu der Erwägung auffordert.

res et veritas, vgl. Tusc. disp. V. 5, 13: *cum autem animum ab ista pictura imaginibusque virtutum ad rem veritatemque traduxeris, hoc nudum relinquitur*, und zu 33, 149: *veritatem.*

78. *ambitione = honorum petitione*; *res ipsa*, wie das vorhergehende *agere*: die praktische Thätigkeit; statt *conficere* steht an der ähnlichen Stelle 21, 94: *obruere.*

79. *tantum in nobis esse*, vgl. z. 27, 123: *ut in quoque — plurimum esset.* Der Ausdr. *esse in* findet sich überhaupt bei Cic. gewöhnlich, wenn von einer in dem (geistigen oder körperlichen) Wesen des Subj. begründeten Eigenthümlichkeit oder einem solchen Besitz die Rede ist, wie II. 1, 4: *fuit hoc in utroque; 2, 6: eloquentiam, qualis fuit in Crasso et Antonio.*

studium illud discendi: das Verlangen nach wissenschaftlicher Erkenntniss; vgl. 15, 69: *didicerit*; II. 1, 1: *incensos studio discendi.*

defuit. Das gemeinsame Prädicat eines negativen und positiven Satzes, welche einen Gegensatz bilden, wird von Cic. in dem negativen Satze gewöhnlich, und wenn es *posse* ist, stets wiederholt; vgl. Tusc. disp. I. 48, 116: *Cui rationes eae, quae exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit*; ebds. III. 5, 11: *eius modi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania.*

Quid censes cet., vgl. p. Rosc. A. 17, 48: *Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium quo studio et qua intellegentia esse in rusticis rebus?* In diesen Fragesätzen mit *censere* dient *Quid* lediglich zur Einleitung der Frage.

alicuius. Offenbar spielt damit Cic. auf sich selbst an, von dem der Gipfelpunkt in der Beredsamkeit erreicht worden sei.

Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quae **18.** 80.
dicis, nec dubito quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. Sed primum id difficile est factu, praesertim 81.
in hac nostra vita nostrisque occupationibus; deinde illud etiam verendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione et consuetudine dicendi populari et forensi. Aliud enim mihi quoddam orationis genus esse videtur eorum hominum, de quibus paulo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter aut de natura rerum aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, et palaestrae magis et olei quam huius civilis turbae ac fori. Namque egomet, 82.
qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem, tamen cum pro consule in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, compluris tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus;

---

18. 80. *rationem naturamque*: dieselbe Wortstellung wie 25, 114 *conformatio — corporis*, da *rationem* (System, Gesetz) sich auf *artium* bezieht, während *naturam* zu *omnium rerum* gehört.

81. *praesertim*, s. z. 6, 21.

Aliud. Da dies nur ein allgemein gehaltener Ausdruck ist für: *alienum ab usu forensi*, so konnte damit sehr wohl ein steigernder Concessivsatz (*quamvis — loquantur*) verbunden werden.

eorum hominum, s. 11, 49.

laetum: üppig, von den blühenden Saaten auf den Redeschmuck übertragen; *et palaestrae*, nicht *sed p.*, womit gesagt wäre, dass die unterscheidenden Merkmale der Prunkrede erst hier, und nicht .schon bei *nitidum* beginnen.

olei, dem *nitidum* und *palaestrae* entsprechend, um den Gegensatz der schulmässigen Prunkrede zu den Actionen auf dem *forum* vollständig auszuprägen; vgl. Brut. 9, 37: *Phalereus enim successit eis senibus adulescens eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus quam palaestra*; or. 13, 42: *pompae quam pugnae (genus epidicticum) aptius gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro.*

82. *Namque.* Die Begründung folgt erst in der mit § 83 beginnenden Auseinandersetzung, welcher der Gedanke zu Grunde liegt: *quod olim viri doctissimi munus oratoris esse voluerunt, id procul ab usu forensi abhorrere apparuit.* Der ganze § 82 enthält nur logisch untergeordnete Momente, welche durch lauter Nebensätze hätten ausgedrückt werden sollen. Der durch *tamen* eingeleitete Gegensatz liegt nicht in den Worten *compluris — commoratus*, sondern in *cum cotidie — doctissimos*, und mit *sed* wird angedeutet, dass der unfreiwillige Aufenthalt für Antonius doch nicht ganz nutzlos war. Die ganze Periode ist nach Art des ungebundenen Gesprächstones freier gestaltet.

pro consule, im J. 103, ein Jahr nach seiner Prätur. Er sollte dem Seeräuberwesen ein Ende machen.

tum ibi. Zu der Wortstellung vgl. 45, 200: *maxima cotidie frequentia civium.* Diese *traiectio* des Adv. folgt in der Regel rhythmischen

sed, cum cotidie mecum haberem homines doctissimos, eos fere ipsos, qui abs te modo sunt nominati, cum hoc nescio quo modo apud eos increbruisset, me in causis maioribus sicuti te solere versari, pro se quisque quae poterat de officio
83. et de ratione oratoris disputabat. Horum alii, sicuti iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem, atque ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem et, qui unam virtutem haberet, omnis habere easque esse inter se aequalis et paris; ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnis habere atque esse sapientem. Sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio longeque a
84. nostris sensibus abhorrebat. Charmadas vero multo uberius eisdem de rebus loquebatur, non quo aperiret sententiam suam; hic enim mos erat patrius Academiae, adversari semper omnibus

---

Gründen und verringert zugleich das Gewicht des eingeschobenen Wortes. S. auch z. 8, 32: *tam porro regium.*

modo: 11, 45.

cum — increbruisset, nicht *cumque*, da die beiden mit *cum* eingeleiteten Sätze nicht auf gleicher Linie stehen, sondern der erste durch den zweiten näher bestimmt wird. Vgl. z. 7, 28: *quae mihi videtur.*

ratione: Verfahren. Hinsichtlich der Wiederholung von *de* vgl. z. 15, 64: *quae sunt in discept.*

83. *dicebat*, im Anschluss an das Subject des Nebensatzes; vgl. 11, 50: *quod non habuerit.*

sapiens, d. i. der stoische Philosoph, welcher allein nach der Ansicht der Stoiker etwas versteht.

scientia. Nach stoischer Moral beruht die Tugend auf dem Wissen.

constaret ex = *contineretur*, wie II. 24, 104: *ex crimine causa constat;* de off. I. 44, 157: *virtus, quae constat ex hominibus tuendis*; de deor. n. III. 15, 38: *temperantia autem constat ex praetermittendis voluptatibus.* Jedoch wird *constare ex* viel häufiger so gebraucht, dass die Zusammensetzung aus den einzelnen Theilen dadurch bezeichnet wird.

unam virtutem. Vgl. Diog. Laert. VII. 125: *τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀνταχολουθεῖν ἀλλήλαις καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν, εἶναι γὰρ αὐτῶν τὰ θεωρήματα κοινά.*

aequalis et paris (nach Eigenschaft und Kraft oder Wirksamkeit), vgl. III. 14, 55: *est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus: quamquam sunt omnes virtutes aequales et pares*; denn nach stoischem Grundsatz sind *ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα.*

spinosa — exilis. Auch anderwärts, wie z. B. II. 38, 158 ff. und III. 18, 66 wird diese spitzfindige und trockene Darstellungsweise der Stoiker für den öffentlichen Vortrag und den Volksredner als ungeeignet bezeichnet.

84. *adversari*, denn da die Akademiker von Arcesilas an in ihrer skeptischen Richtung nur eine Wahrscheinlichkeit, aber keine Wahrheit.

in disputando; sed cum maxime tamen hoc significabat, eos, qui rhetores nominarentur et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere neque posse quemquam facultatem adsequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. Disputabant **19.** 85.
contra diserti homines Athenienses et in re publica causisque versati, in quis erat etiam is, qui nuper Romae fuit, Menedemus, hospes meus. Qui cum diceret esse quandam prudentiam, quae versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum, excitabatur homo promptus atque omni abundans doctrina et quadam incredibili varietate rerum atque copia. Omnis enim partis illius ipsius prudentiae petendas esse a philosophia docebat neque ea, quae statuerentur in re publica de dis immortalibus, de disciplina iuventutis, de iustitia, de patientia, de temperantia, de modo rerum omnium, ceteraque, sine quibus civitates aut esse aut bene moratae esse non possent, usquam in eorum inveniri

---

gelten liessen, traten sie gegen jede positive Behauptung auf und untersuchten, was sich für und wider eine Sache sagen liess (*in utramque partem disputare*), vgl. 62, 263. Aus diesem Grunde wurde auch von Cicero vornehmlich die akademische Philosophie dem Redner zum Studium empfohlen. Vgl. Tusc. disp. II. 3, 9: *Itaque mihi semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partis disserendi non ob eam causam solum placuit, quod aliter non posset quid in quaque re veri simile esset inveniri, sed etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio.*

sed — hoc significabat. Wie hier wird öfters, namentlich nach einer Parenthese, die mit *non quo* begonnene Form des Nebensatzes aufgegeben und mit einem Hauptsatze fortgefahren; so II. 18, 74; III. 24, 93.

cum maxime = *in primis*, abgekürzt für: *ut cum maxime fit*, nicht = *hoc ipso tempore*, was *nunc cum maxime* ist; vgl. de off. II. 7, 23: *quem* (*tyrannum*) *armis oppressa pertulit paretque cum maxime* (im höchsten Grade) *mortuo.*

inventa. Vgl. p. Mur. 29, 61: *cuius inventorum aemuli Stoici nominantur.* Später hiessen die Lehrsätze der Philosophen *placita.*

19. 85. Menedemus, ein Rhetor, erklärte die Kenntniss der Staatsverwaltung als ein besonderes Erforderniss für den Redner.

incredibili varietate. Dieselbe Zusammenstellung eines Abl. qual. mit einem adjectivischen Attribut s. 22, 104; II. 88, 360: *Vidi enim ego summos homines et divina prope memoria.* Ueber *quadam* s. z. 5, 16; *rerum*: Kenntnisse.

aut — aut: überhaupt — oder wenigstens; vgl. Tusc. disp. I. 1, 1: *Cum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus.*

bene moratae esse: eine gesunde Richtung haben, oft in Verbindung mit *constituta* von *civitas* gesagt; vgl. Brut. 2, 7: *quae erant propria — bene moratae et bene constitutae civitatis.*

eorum, neml. *rhetorum*, welche § 84 erwähnt und, wie sich aus dem

86. libellis. Quod si tantam vim rerum maximarum arte sua rhe-
torici illi doctores complecterentur, quaerebat cur de pro-
oemiis et de epilogis et de huius modi nugis — sic enim ap-
pellabat — referti essent eorum libri, de civitatibus insti-
tuendis, de scribendis legibus, de aequitate, de iustitia, de fide,
de frangendis cupiditatibus, de conformandis hominum moribus
87. littera nulla in eorum libris inveniretur. Ipsa vero praecepta
sic inludere solebat, ut ostenderet non modo eos expertis esse
illius prudentiae, quam sibi adsciscerent, sed ne hanc quidem
ipsam dicendi rationem ac viam nosse. Caput enim arbitra-
batur esse oratoris, ut et ipse iis, apud quos ageret, talis,
qualem se esse optaret, videretur; id fieri vitae dignitate, de
qua nihil rhetorici isti doctores in praeceptis suis reliquissent:
et uti ei, qui audirent, sic adficerentur animis, ut eos adfici
vellet orator; quod item fieri nullo modo posse, nisi cognosset
is, qui diceret, quot modis hominum mentes et quibus et quo
genere orationis in quamque partem moverentur; haec autem
esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quae
88. isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Ea Me-
nedemus exemplis magis quam argumentis conabatur refellere.
Memoriter enim multa ex orationibus Demostheni praeclare
46. 201. Iam illa non longam orationem desiderant, quam ob rem existimem publica quoque iura, quae sunt propria civitatis atque imperii, tum monumenta rerum gestarum et vetustatis exempla oratori nota esse debere. Nam ut in rerum privatarum causis atque iudiciis depromenda saepe oratio est ex iure civili et idcirco, ut ante diximus, oratori iuris civilis scientia necessaria est, sic in causis publicis iudiciorum, contionum, senatus omnis haec et antiquitatis memoria et publici iuris auctoritas et regendae rei publicae ratio ac scientia tamquam aliqua materies iis oratoribus, qui versantur in re pu-
202. blica, subiecta esse debet. Non enim causidicum nescio quem neque clamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conqui-

---

pro incertis zu schreiben. Im letzten Verse findet sich in den Worten *temere tractent turbidas* eine Allitteration, welche bei den alten Dichtern sehr beliebt war.

200. *domus iuris consulti.* Vgl. or. 41, 142: *Cur igitur ius civile docere semper pulchrum fuit hominumque clarissimorum discipulis floruerunt domus, ad dicendum si quis acuat aut adiuvet in eo iuventutem, vituperetur?*

Q. Mucii. Vgl. Brut. 89. 306: *iuris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae Q. F., qui quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat;* Phil. VIII. 10, 31: *Q. Scaevolam augurem memoria teneo bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita valetudine, cotidie simul atque luceret, facere omnibus conveniendi potestatem sui: nec eum quisquam illo bello vidit in lecto; senexque debilis primus veniebat in curiam.*

maxima cotidie frequentia, vgl. z. 18, 82: *tum ibi.*

46. 201. *existimem*, vgl. 34, 159; 36, 165.

publica iura. Vgl. Dig. I, 1: *publicum ius est quod ad statum rei Romanae spectat, privatum, quod ad singulorum utilitatem.*

in rerum priv. causis atque iudiciis: in gerichtlichen Verhandlungen über Privatangelegenheiten.

iudiciorum cet.: welche vor Gerichten, in Volksversammlungen und im Senate verhandelt werden, vgl. 16, 73. Die *causae publicae iudiciorum* sind Criminalprozesse.

auctoritas: die Bestimmungen; *subiecta esse:* zu Gebote stehen. In anderer Bedeutung steht *subici* oben 42, 189.

202. *neque clamatorem* cet. Dieses 2. Glied dient zur Charakterisirung des Winkeladvocaten nach seinen hier in Betracht kommenden Eigenschaften. Dem vollkommenen Redner wird auch II. 20, 86; III.

rimus, sed eum virum, qui primum sit eius artis antistes, cuius cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen *largitus* esse deus putatur, ut id ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur; deinde, qui possit non tam caduceo quam nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hostium tela versari; tum, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subicere odio civium supplicioque constringere; idemque ingenii praesidio innocentiam iudiciorum poena liberare; idemque languentem labentemque populum aut ad decus excitare aut ab errore deducere aut inflammare in improbos aut incitatum in bonos mitigare; qui denique, quemcumque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare possit vel sedare. Hanc vim si quis existimat aut ab iis, qui de dicendi 203.
ratione scripserunt, expositam esse aut a me posse exponi tam brevi, vehementer errat neque solum inscientiam meam, sed ne rei quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontis, unde hauriretis, atque itinera ipsa

---

21, 81 der *clamator* entgegengesetzt, ebenso Brut. 49, 182: *ut intellegi possit, quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse.* Vgl. auch or. 14, 46: *non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus.*

antistes. Schon hiermit wird die Beredsamkeit als eine Kunst göttlichen Ursprungs bezeichnet.

cuius cum — facultatem, für *quam, cum eius fac.* Das Relat. hat sich hier, wie oft, dem Nebensatz angeschlossen; vgl. p. Sest. 29, 63; unten 56, 239.

largitus esse. Vgl. Cat. m. 23, 83: *si quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem.*

id ipsum cet. d. h. damit die Beredsamkeit auch in den Augen der Menschen eine höhere Weihe erhielte und nicht als jedermans Sache angesehen würde.

divinitus, wie 7, 26; *fraudem*: Bosheit.

caduceo, d. h. durch eine amtliche Stellung. Die *legati*, welche auch *oratores* hiessen, führten als Friedensvermittler einen Heroldsstab und waren durch denselben unverletzlich. Mit der folgenden Auseinandersetzung ist 8, 30 ff. zu vergleichen.

innocentiam, für die Person gesetzt, wie p. Sest. 66, 138: *mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia, cum dignitate, non cum voluptate.*

labentem entspricht dem folgenden *ab errore deducere*, vgl. de off. I. 6, 18: *labi autem errare, nescire decipi et malum et turpe ducimus.*

203. *inscientiam*, d. i. die Unbekanntschaft mit allen Erfordernissen zur Lösung einer so hohen Aufgabe. Dagegen leugnet Crassus nicht seine Kenntniss der gewöhnlichen Vorschriften der Schulrhetorik; s. z. 22, 99: *inscitia.*

rei magnitudinem, vgl. 5, 16.

fontis atque itinera: die erwähnten *studia* und *progymnasmata.*

ita putavi esse demonstranda, non ut ipse dux essem, quod et infinitum est et non necessarium, sed ut commonstrarem tantum viam et, ut fieri solet, digitum ad fontis intenderem.

47. 204. Mihi vero, inquit Mucius, satis superque abs te videtur istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum. Nam, ut Socratem illum solitum aiunt dicere perfectum sibi opus esse, si qui satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis: quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent esse se, quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam: sic ego intellego, si in haec, quae patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis, facillime vos ad ea, quae cupitis, perventuros ab hoc aditu ianuaque patefacta.

205. Nobis vero, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata perque iucunda; sed pauca etiam requirimus in primisque ea, quae valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt, cum illa te et non contemnere et didicisse confiterere. Ea si paulo latius dixeris, expleris omnem exspectationem diuturni desiderii nostri. Nam nunc quibus studendum rebus esset accepimus, quod ipsum est tamen magnum; sed vias earum rerum

---

ita — demonstranda, beschränkend: nur so (aber nur so); vgl. 51, 221.

commonstrarem, wie II. 41, 174: *si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum.*

ut fieri solet, neml. *ab eis, qui viam commonstrant.*

47. 204. *satis — factum.* Zu der Tmesis vgl. § 205: *perque iucundum;* 49, 214: *per mihi mirum*; II. 67, 271: *per mihi scitum.*

studiis. Der Plur. steht aus demselben Grunde wie 23, 106: *ingeniis.*

solitum aiunt dicere. Welche Stelle in den Schriften des Plato oder Xenophon gemeint sei, ist nicht bekannt. Sein Streben war allerdings stets darauf gerichtet, seine Zuhörer selbst das Richtige finden zu lassen und ihnen nur dazu behülflich zu sein.

si qui, vgl. z. 2, 8: *ne qui.*

cognoscendae percipiendaeque, s. z. 43, 193: *percipi cognoscique.*

doctrinam: Unterricht, vgl. 3, 11: *studiis doctrinisque.*

haec, quae patefeci, neml. die *studia* oder die *fontes atque itinera ipsa*, die er blosgelegt hat (§ 203). In anderem und zwar eigentlichem Sinne steht *patefacta* weiter unten, wo der bildliche Ausdruck in den Substantiven liegt; vgl. hierzu 21, 98.

ab hoc, neml. *Crasso.*

205. *percursa*, neml. 31, 137 ff. Zum Ausdruck vgl. 32, 148: *quae abs te breviter de arte decursa sunt.*

confiterere: 31, 137.

tamen: allerdings, jedenfalls (wie man auch sonst darüber denken mag); vgl. 24, 115; II. 22, 91; 48, 198.

vias earum rerum rationemque, vgl. III. 36, 145: *illorum ancipites vias rationesque.* Häufiger ist von beiden Subst. der Sing.

rationemque cupimus cognoscere. Quid? si, inquit Crassus, 206.
quoniam ego, quo facilius vos apud me tenerem, vestrae po-
tius obsecutus sum voluntati, quam aut consuetudini aut na-
turae meae, petimus ab Antonio, ut ea, quae continet neque
adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse iam
dudum questus est, explicet nobis et illa dicendi mysteria enun-
tiet? Ut videtur, inquit Sulpicius; nam Antonio dicente, etiam
quid tu sentias, intellegemus. Peto igitur, inquit Crassus, a te, 207.
quoniam id nobis, Antoni, hominibus id aetatis, oneris ab horum
adulescentium studiis imponitur, ut exponas quid iis de rebus,
quas a te quaeri vides, sentias. Deprehensum equidem me, 48.
inquit Antonius, plane video atque sentio, non solum quod
ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens,
sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse,
succedam, id me nunc isti vitare non sinunt. Verum 208.

206. *Quid, si — petimus?* ohne Nachsatz, wie II. 57, 231: *Quid, si, inquit Julius, adsentior Antonio dicenti nullam esse artem salis.*

obsecutus sum, vgl. II. 4, 15: *magis adeo id facilitate quam alia ulla culpa mea contigit, qui, dum obsequor adulescentibus, me senem esse oblitus sum fecique id, quod ne adulescens quidem feceram, ut eis de rebus, quae doctrina aliqua continerentur, disputarem.*

continet: was er bei sich behält. Verschieden wäre *tenet* oder *scit.*

ex quibus, gewissermassen aus dem ganzen Wissensvorrath heraus.

iam gehört zu *excidisse.*

dudum: vorhin. Dies Wort bezeichnet zum Unterschied von *pridem* einen unlängst da gewesenen Zeitpunkt, wie II. 56, 262: *dixi enim dudum rationem aliam esse ioci, aliam severitatis.* Die hier gemeinte Stelle steht 21, 94.

mysteria. Vgl. Tusc. disp. IV. 25, 55: *ne rhetorum aperiamus mysteria*; de or. III. 17, 64: *eos* (*Epicurios*) *admoneamus, ut illud, etiam si est verissimum, tacitum tamen, tamquam mysterium, teneant.*

enuntiet, der solenne Ausdruck für das Enthüllen der Geheimnisse, vgl. p. Mur. 11, 25: *etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatis vestris studiis totum est contemptum et abiectum.*

quid tu sentias, wie § 207 u. o.

207. *id aetatis*, für *eius aetatis*, stets als indeclinable Bestimmung hinzugefügt.

oneris, von dem regierenden Nomen weiter getrennt, wie 1, 3: *quantum — otii;* III. 23, 86: *non tantum ingenioso homini et ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui rem publ. spectet, opus esse arbitror temporis;* ebds. 24, 90.

studiis, wie § 204.

48. *deprehensum*: eingefangen, in die Enge getrieben, wie in Verr. IV. 12, 29: *tum se deprehensum negare non potuisse.*

requiruntur a me, vgl. 35, 160.

insolens, vgl. 22, 109: *istius disputationis insolentia.*

succedam. Cic. verwechselt hier und 53, 229 seine Zeit mit der des Antonius; denn Brut. 57, 207, wo er von der Epoche dieser Redner

hoc ingrediar ad ea, quae vultis, audacius, quod idem mihi spero usu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, ut nulla exspectetur ornata oratio. Neque enim sum de arte dicturus, quam numquam didici, sed de mea consuetudine; ipsaque illa, quae in commentarium meum rettuli, sunt eiusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata; quae si vobis, hominibus eruditissimis, non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quaesieritis, quae ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cum vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus non
209. gravate respondero. Tum Crassus: Perge modo, inquit, Antoni. Nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare nisi ita prudenter, ut neminem nostrum poeniteat ad hunc te sermonem impulisse.

Ego vero, inquit, pergam et id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem [esse] illud,
210. quo de agitur, intellegant. Nam si forte quaereretur quae esset ars imperatoris, constituendum putarem principio quis esset imperator; qui cum esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum op-

---

spricht, berichtet er selbst: *neque tam multa, quam nostra aetate, iudicia fiebant, neque hoc, quod nunc fit, ut causae singulae defenderentur a pluribus, quo nihil est vitiosius.*

208. *hoc ingrediar — audacius*, vgl. II. 2, 9: *Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum*, und zu I. 8, 32: *tam porro regium.* Mit *ad* erscheint *ingredi* auch 21, 94 verbunden.

quam numquam didici, vgl. II. 7, 29: *docebo vos, discipuli, id, quod ipse non didici, quid de omni genere dicendi sentiam.*

non aliqua cet. Zu der appositionellen Erklärung vgl. 42, 188: *legitimae — conservatio.*

inductus: verleitet, verschieden von *adductus* oder *commotus.*

209. *Ego vero* cet. Der Wunsch des Sulpicius wird gleichwohl nicht berücksichtigt, sondern nur der des Crassus zurückgewiesen. Antonius gesteht dies selbst in humoristischer Weise II. 10, 40 ein.

vagari et errare: ins Ungewisse und auf Abwege gerathen.

si ei. Vorher ist zu ergänzen: *quod fieri necesse est.*

quo de agitur. Diese sonst nur in der juristischen Sprache übliche Nachstellung der Präposition findet sich ohne jenen Grund bei Cic. ausser hier noch de inv. I. 19, 27.

intellegant: wenn sie sich nicht unter dem Gegenstande der Verhandlung ein und dasselbe vorstellen. Vgl. de fin. II. 15, 50: *Quid ergo hoc loco intellegit honestum?*

210. *quae esset*, s. z. 42, 190: *haberetur.*

pugnationibus, de commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quae essent propriae belli administrandi; quarum qui essent animo et scientia compotes, eos esse imperatores dicerem, uterer que exemplis Africanorum et Maximorum, Epaminondam atque Hannibalem atque eius generis homines nominarem. Sin autem quaereremus quis esset is, 211.
qui ad rem publicam moderandam usum et scientiam et studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui quibus rebus utilitas rei publicae pareretur augereturque teneret iisque uteretur, hunc rei publicae rectorem et consilii publici auctorem esse habendum, praedicaremque P. Lentulum principem illum et Ti. Gracchum patrem et Q. Metellum et P. Africanum et C. Laelium et innumerabilis alios cum ex nostra civitate tum ex ceteris. Sin autem quaereretur quisnam iuris consultus 212.
vere nominaretur, eum dicerem, qui legum et consuetudinis eius, qua privati in civitate uterentur, et ad respondendum et ad agendum et ad cavendum peritus esset, et ex eo genere

---

animo bezeichnet den geistigen Blick, mit welchem alle diese Dinge beherrscht und angeordnet werden müssen: Umsicht.

Africanorum. Wegen der Verbindung mit *Maximorum* ist hier der ältere Scipio zu verstehen, wie II. 71, 290: *Fabricios mihi auctores et Africanos, Maximos, Catones, Lepidos protulisti.* Von fremden Nationen wird nur je ein Feldherr angeführt, was für den Römer bezeichnend ist.

211. *consilii publici auctorem*: Stimmführer bei der Berathung der Staatsangelegenheiten, wie unten 49, 215 und III. 17, 63: *philosophia — procul abest ab eo viro, quem quaerimus et quem auctorem publici consilii et regendae civitatis ducem — esse volumus.*

P. Cornelius Lentulus, Cons. im J. 162 und *princeps senatus*, welcher mit Opimius den Aufstand des C. Gracchus 122 unterdrückte.

Ti. Gracchum, s. z. 9, 38.

Q. Cäcilius Metellus Macedonicus: der nach Besiegung des Andriscus Macedonien 148 zur römischen Provinz machte und 143 Consul war, oft wegen seines seltenen Glückes gepriesen. Vgl. Tusc. disp. I. 35, 85 und Vell. Pat. I. 11: *praeter excellentes triumphos honoresque amplissimos et principale in rep. fastigium extenuatumque vitae spatium et acres innocentesque pro rep. cum inimicis contentiones quattuor filios sustulit; omnes adultae aetates vidit, omnes reliquit superstites et honoratissimos. Mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quattuor filii: unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est.*

Ueber C. Lälius vgl. z. 13, 58. Er war im 3. punischen Kriege Legat seines Freundes Scipio, Prätor im J. 145 und Cons. 140.

212. *respondendum, agendum, cavendum* bez. die drei Hauptthätigkeiten der Rechtsgelehrten: das Ertheilen von Rechtsbescheiden, die Unterstützung in der Führung von Prozessen, die Berathung bei der Abschliessung von Rechtsgeschäften. Vgl. p. Mur. 9, 22: *vigilas tu de nocte ut tuis consultoribus respondeas, ille ut eo, quo intendit, mature cum*

49. Sex. Aelium, M' Manilium, P. Mucium nominarem. Atque, ut iam ad leviora artium studia veniam, si musicus, si grammaticus, si poëta quaeratur, possim similiter explicare, quid eorum quisque profiteatur et quo non amplius ab quoque sit postulandum. Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia unus omnia paene profitetur, est tamen quaedam descriptio, ut is, qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur.
213. Oratorem autem, quoniam de eo quaerimus, equidem non facio eundem, quem Crassus, qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine; atque eum puto esse, qui et verbis ad audiendum iucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus. Hunc ego appello oratorem eumque esse praeterea instructum voce et
214. actione et lepore quodam volo. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis paene describere. Nam et civitatum

---

exercitu perveniat; — *tu actionem instituis*, *ille aciem instruit*; *tu caves ne tui consultores*, *ille ne urbes aut castra capiantur*.

Sex. Aelius, s. z. 45, 198. Von ihm rührt das *ius Aelianum* her, eine Zusammenstellung des ganzen *ius civile* in drei Theilen: den zwölf Tafeln, der *interpretatio*, den *legis actiones*.

M' Manilius, Cons. 149, ein bedeutender Jurist und zugleich juristischer Schriftsteller; vgl. 58, 246.

P. Mucius Scävola, Cons. 133 und Parteigenosse des Ti. Gracchus. Auch er ist Verfasser juristischer Schriften, vgl. 56, 240; 57, 242.

49. *leviora artium studia*, dasselbe wie 2, 6: *mediocrium artium*. Zu der Hypallage vgl. 3, 11: *harum artium liberalissimis studiis*.

quo non amplius: was als das höchste.

unus, des Gegensatzes wegen zu *omnia* gesetzt, wie 17, 76; 22, 99. Zur Sache vgl. 19, 85; 20, 93. Der Sinn ist: *qui suam vim ac sapientiam unam omnia paene praestare profitetur*.

descriptio = *definitio*.

persequi: praktisch ausüben.

213. *omnem omnium*, wie 21, 94; 57, 245 u. o.

atque — puto cet., wie sonst *et* oder *que* nach einer Negation, um das thatsächliche Moment anzureihen, welches an Stelle des zurückgewiesenen Geltung haben soll; daher = sondern.

lepore, vgl. 5, 17.

214. *facultatem*, das Vermögen, welches er besitzen soll, also: Aufgabe, wie 52, 226.

ingenii sui finibus, vgl. 10, 44 a. E.

describere, s. z. 8, 33.

Nam et civitatum cet. Hier beginnt die Erörterung über die Staats-

regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit, in quo per mihi mirum visum est, Scaevola, te hoc illi concedere, cum saepissime tibi senatus breviter impoliteque dicenti maximis sit de rebus adsensus. M. vero Scaurus, quem non longe ruri apud se esse audio, vir regendae rei publicae scientissimus, si audierit hanc auctoritatem gravitatis et consilii sui vindicari a te, Crasse, quod eam oratoris propriam esse dicas, iam, credo, huc veniat et hanc loquacitatem nostram voltu ipso aspectuque conterreat; qui quamquam est in dicendo minime contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis quam dicendi arte nititur. Neque vero, si quis utrum- 215.
que potest, aut ille consilii publici auctor ac senator bonus ob eam ipsam causam orator est aut hic disertus atque eloquens, si est idem in procuratione civitatis egregius, illam scientiam dicendi copia est consecutus. Multum inter se di-

---

wissenschaft, welcher erst 51, 219 ff. die über die Philosophie entspricht. Auf *et* folgt also nicht wieder *et*, sondern *Neque vero*.

gubernacula. Der Staat wird öfters mit einem Schiff verglichen, vgl. 11, 46; p. Sest. 9, 20: *clavum tanti imperii tenere et gubernacula rei publ. tractare*.

sententia sua, s. z. 38, 172.

per mihi mirum, s. z. 47, 204: *satis — factum*.

sit adsensus. Das Perf. von *adsentior* heisst bei Cic. häufiger *adsensus sum* als *adsensi*.

M. Aemilius Scaurus, Cons. im J. 115 u. 107, Censor 109 und *princeps senatus*, ein gefeierter Vorkämpfer der Aristocratie; pro Sest. 47, 101: *qui a Graccho usque ad Q. Varium seditiosis omnibus restitit, quem numquam ulla vis, ullae minae, ulla invidia labefecit*. In seinem 73. Lebensjahre wurde er von Varius im J. 91 vor das Volksgericht geladen, weil er die italischen Bundesgenossen zum Kriege aufgereizt habe, und *innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum, deinde accepto respondendi loco dixit: 'Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse. M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?' Qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur*. Ascon. in Scaur. p. 22. Bei Sallust jedoch heisst er Jug. 15, 4: *homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiae, honoris, divitiarum, ceterum vitia sua callide occultans*.

apud se esse: dass er sich zu Hause aufhält.

gravitatis: seines gediegenen Charakters.

vindicari, ohne *tibi*, wie Cic. in der Regel das persönl. Pron. bei diesem Verbum weglässt: für sich in Anspruch nehmen.

loquacitatem, aus Scaurus' Sinne gesagt; *prudentia*, s. z. 2, 8.

215. *consilii publ. auctor*: 48. 212; vgl. 50, 216: *princeps consilii publici*.

ob eam ipsam causam, d. h. wegen seiner *rei publ. administrandae prudentia*; aber es wäre der Fall, wenn beide Fächer unzertrennlich zusammengehörten. Ueber *ob* vgl. z. 11, 50.

illam scientiam, neml. *procurandae civitatis*.

stant istae facultates longeque sunt diversae atque seiunctae neque eadem ratione ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus, C. Laelius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem
50. suam et rei publicae dignitatem exornabant. Neque enim est interdictum aut a rerum natura aut a lege aliqua atque more, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artis nosse
216. liceat. Quare non, si eloquentissimus Athenis Pericles idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, idcirco eiusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est, nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris civilis
217. scientia. Nam si, ut quisque in aliqua arte et facultate excellens aliam quoque artem sibi adsumpserit, is perficiet, ut, quod praeterea sciet, id eius, in quo excellet, pars quaedam esse videatur, licet ista ratione dicamus pila bene et duodecim scriptis ludere proprium esse iuris civilis, quoniam utrumque eorum P. Mucius optime fecerit; eademque ratione dicantur et, quos φυσικοὺς Graeci nominant, iidem poëtae, quoniam Empedocles physicus egregium poëma fecerit. At hoc ne phi-

---

exornabant = *insignem reddebant.*

50. 216. *non, si — idcirco,* vgl. 26, 118; 56, 237. Es steht in dieser Construction niemals *etsi* für *si*, und die Negation wird stets dem Bedingungssatze vorausgeschickt. So auch unmittelbar darauf: *nec, si.*

plurimos annos. Cic. nimmt III. 34, 138 die Zahl von 40 Jahren an, rechnet also auch die der Verbannung des Thucydides vorhergehende Zeit mit.

P. Crassus, s. z. 37, 170.

217. *is perficiet.* Da *ut quisque* seiner Bedeutung nach so viel ist als *quicumque*, so konnte leicht *is* statt des dem *ut* entsprechenden *ita* gesetzt werden; vgl. 28, 130.

pila, s. z. 16, 73.

duodecim scriptis: auf dem Zwölffelderbrett, einem unserem Belagerungsspiel ähnlichen Spiel, bei welchem man 3 Steine brauchte und derjenige Sieger war, der in das Lager des anderen einrückte.

P. Mucius ist der 48, 212 erwähnte.

et, quos φυσικοὺς cet. Diesem sollte entsprechen: *et philosophi dicantur eidem geometri et musici.* Dafür folgt anakoluthisch *at hoc ne phil. qu.* cet. Vgl. z. 49, 214: *Nam et civitatum.* Aehnlich II. 11, 48.

Empedocles aus Agrigent, geb. um 490, gest. um 430 v. Chr., war nicht nur als Philosoph, sondern auch als Staatsmann und Redner ausgezeichnet und schrieb mehrere in Versen verfasste Werke, von denen das bedeutendste unter dem Namen περὶ φύσεως angeführt wird, eine Schrift kosmologischen und physikalischen Inhalts. Wir besitzen von allen seinen Werken nur noch Fragmente.

losophi quidem ipsi, qui omnia, sicut propria, sua esse atque
a se possideri volunt, dicere audent, geometriam aut musicam
philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus prae-
stantissimum fuisse fateantur. Ac si iam placet omnis artis 218.
oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere, ut, quo-
niam dicendi facultas non debeat esse ieiuna atque nuda, sed
aspersa atque distincta multarum rerum iucunda quadam va-
rietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse,
multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percucurrisse,
neque ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. Fateor
enim callidum quendam hunc et nulla in re tironem ac rudem
nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.

Neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi 51. 219.
maxime solent, Crasse, perturbor, quod ita dixisti, neminem
posse eorum mentis, qui audirent, aut inflammare dicendo aut
inflammatas restinguere, cum eo maxime vis oratoris magni-
tudoque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores

---

omnia, sicut propria, d. h. auch das, was nicht zu ihrem Gebiet gehörte, erklärten sie ebenso wie die *propria* für *sua*.

218. *si iam*: wenn denn einmal, wie 58, 250; II. 6, 25; III. 22, 84.

nuda: schmucklos, *adspersa*: gewürzt, *distincta*, Gegensatz von *nuda*: geschmückt, gehoben.

neque = *neque tamen*, wie 11, 50.

possedisse, von *possidĕre*, wie II. 70, 283: *bona sua sine testamento possederat.*

libasse, s. z. 34, 159.

callidum quendam: recht gewandt, s. z. 4, 14.

peregrinum atque hospitem. So steht *hospes* auch II. 30, 131. Das Gegentheil ist *habitare*, vgl. II. 38, 160: *illi autem* — *habitarunt in hac una ratione tractanda.*

in agendo = *in causa agenda* od. *dicenda.*

51. 219. *tragoediis*: durch die pathetischen Declamationen, wie 53, 228; II. 51, 205: *ne aut inrisione aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis aut convellere adoriamur ea, quae non possint commoveri.*

eo maxime. Der Abl. ohne *in* steht wie de off. I. 20, 60: *Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur* cet. Auf *audirent* folgt das Praes. *cernatur*, durch welches auch die folgenden Tempora bestimmt sind, weil Antonius mit diesem Satze nicht bloss die Ansicht des Crassus referiren, sondern zugleich sein eigenes Urtheil ausdrücken will.

rerum omnium naturam: ein scherzhaft hyperbolischer Ausdruck ('aller möglichen Dinge'), da hier nur das Wesen der *motus animorum* sowie der *mala et fugienda* und der *expetenda atque optabilia* gemeint sein kann. Antonius ignorirt absichtlich die von Crassus 15, 68 gemachte Concession und wiederholt hier am Anfange der Erörterung über die Philosophie mit gesuchter Pedanterie ihre 49, 212 gegebene vollständige Definition.

hominum atque rationes penitus perspexerit, in quo philosophia sit oratori necessario percipienda; quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas aetates videmus esse contritas; quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror; nobis tamen, qui in hoc populo foroque versamur, satis est ea de motibus animorum et scire et dicere,
220. quae non abhorrent ab hominum moribus. Quis enim umquam orator magnus et gravis, cum iratum adversario iudicem facere vellet, haesitavit ob eam causam, quod nesciret, quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas puniendi doloris? Quis, cum ceteros animorum motus aut iudicibus aut populo dicendo miscere atque agitare vellet, ea dixit, quae a philosophis dici solent? qui partim omnino motus negant in animis ullos esse debere, quique eos in iudicium mentibus concitent, scelus eos nefarium facere; partim, qui tolerabiliores volunt esse et ad veritatem vitae propius accedere, permediocris ac
221. potius levis motus debere esse dicunt. Orator autem omnia

---

rationes: Anschauungsweisen, Grundsätze.

penitus perspexerit, vgl. z. 5, 17.

in quo, vgl. 20, 93: *in quibus*.

quoque gehört zum Prädicat. Der Zusammenhang ist: *ac videmus quoque in eo studio — esse contritas*.

quorum ego, vgl. z. 17, 76; 32, 145.

cognitionis atque artis, vgl. z. 25, 114: *oris*.

in hoc populo, vgl. II. 1, 4: *Antonius autem probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse numquam putaretur*; ebds. 36, 153.

motibus. Diese Form von *motus* ist bei Cic. nicht ungewöhnlich, vgl. de deor. n. III. 11, 27: *naturae — omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis*; de div. II. 45, 94: *in maxumis motibus mutationibusque caeli*.

220. *fervorne mentis* cet. Es war vorzugsweise Gewohnheit der Stoiker, sich in unfruchtbaren Begriffsbestimmungen zu ergehen.

motus — miscere et agitare: die Leidenschaften in Gährung und Bewegung setzen; vgl. z. 20, 90: *eloquendi celeritatem incitaret*.

partim — partim: die Stoiker und andrerseits die Peripatetiker. Vgl. Acad. II. 44, 135: *Age, haec probabilia sane sint: num etiam illa, numquam timere, numquam dolere? sapiensne non timeat ne patria deleatur? non doleat, si deleta sit? durum, sed Zenoni necessarium, cui praeter honestum nihil est in bonis. — Sed quaero quando ista fuerint ab Academia vetere decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? mediocritates illi probabant et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum*. Tusc. IV. 17, 38; III. 10, 22.

facere, von *dicunt* abhängig, was aus *negant* zu ergänzen ist.

veritatem, s, z. 33, 149.

ac potius: oder genauer, wie ad fam. I. 1, 1: *Ego omni officio ac*

haec, quae putantur in communi vitae consuetudine mala ac molesta et fugienda, multo maiora et acerbiora verbis facit; itemque ea, quae volgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat, neque volt ita sapiens inter stultos videri, ut ii, qui audiant, aut illum ineptum et Graeculum putent, aut, etiamsi valde probent ingenium, oratoris sapientiam admirentur, se esse stultos moleste ferant; sed ita 222.
peragrat per animos, ita sensus hominum mentisque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones neque exquirat oratione, summum illud bonum in animone sit an in corpore, virtute an voluptate definiatur; an haec inter se iungi copularique possint; an vero, ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil plane cognosci et percipi possit. Quarum

---

potius pietate erga te ceteris satis facio omnibus. Noch häufiger steht *ac potius* in berichtigendem Sinne nach Negationen: sondern vielmehr, wie II. 18, 74.

221. *mala ac molesta* bilden zusammen einen Begriff, dem *fugienda* als die Consequenz davon gegenüber steht.

ita, fixirend und beschränkend: mit der Massgabe, unter der Bedingung, vgl. II. 4, 16: *ita sum cupidus in illa longiore te ac perpetua disputatione audiendi, ut, si id mihi minus contingat, vel hoc sim cotidiano tuo sermone contentus.*

sapiens, in demselben Sinne wie 18, 83.

illum, im Gegensatz zu *se*, wie 37, 170.

ineptum. Diese Art von geckenhafter Prahlerei wird auch II. 4, 17 als Eigenheit der (damaligen) Griechen bezeichnet.

oratoris — ferant. Diese beiden Sätze stehen im gegensätzlichen Verhältniss: zwar — aber.

222. *peragrat*, sonst nur als Trans. gebräuchlich.

descriptiones, wie 49, 212.

summum illud bonum. Vgl. Tusc. V. 30, 84: *Sunt autem haec de finibus, ut opinor, retentae defensaeque sententiae, primum simplices quattuor: nihil bonum nisi honestum, ut Stoici: nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus: nihil bonum nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus: nihil bonum nisi naturae primis bonis aut omnibus aut maxumis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Haec igitur simplicia; illa mixta: tria genera bonorum, maxuma animi, secunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici, nec multo Academici secus; voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit.*

an haec — copularique possint. Die Vorderglieder zu dieser Frage enthalten wieder jedes eine Doppelfrage für sich. Zu *an vero — possit* ist der ganze vorhergehende Complex von Fragen als Vorderglied anzusehen.

quibusdam visum. Dies war die Ansicht der mittleren und neueren Academie von Arcesilas an; vgl. III. 18, 67: *Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime adripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit.*

cognosci et percipi, vgl. 47, 204.

rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam et multas, copiosas variasque rationes; sed aliud quiddam, longe
223. aliud, Crasse, quaerimus. Acuto homine nobis opus est et natura usuque callido, qui sagaciter pervestiget, quid sui cives iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogi-
52. tent, sentiant, opinentur, exspectent. Teneat oportet venas cuiusque generis, aetatis, ordinis, et eorum, apud quos aliquid
224. aget aut erit acturus, mentis sensusque degustet; philosophorum autem libros reservet sibi ad huiusce modi Tusculani requiem atque otium, ne, si quando ei dicendum erit de iustitia et fide, mutuetur a Platone; qui, cum haec exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem; usque eo illa, quae dicenda de iustitia putabat, a vitae consuetudine
225. et a civitatum moribus abhorrebant. Quodsi ea probarentur in populis atque in civitatibus, quis tibi, Crasse, concessisset, clarissimo viro et amplissimo, principi civitatis, ut illa diceres

---

223. *callido*, vgl. 23, 109.

aliquid, s. z. 9, 35: *cetera.*

52. *venas*: die innersten Empfindungsweisen oder Charaktere, vom Körper auf den Geist übertragen; also: dass er sich auf den Puls — verstehe.

aget aut erit acturus: verhandeln oder zu verhandeln beabsichtigen wird (ohne vielleicht in die Lage zu kommen, es wirklich zu thun).

degustet: prüfend erforschen.

224. *ne — mutuetur*, d. h. damit er erkennt, wie wenig er die Theorien der Philosophen in der Praxis anwenden kann.

haec, neml. *quae sentiebat de iustitia et fide.*

exprimenda verbis, s. z. 8, 32. Antonius meint ironisch, Plato hätte diese ganze Darstellung für sich behalten sollen, weil er sich dazu einen Staat construiren musste, welcher nicht in der Wirklichkeit, sondern nur auf dem Papier bestehen kann; vgl. 53, 230: *in illa commenticia Platonis civitate.*

in libris. Gemeint ist Plato's aus 10 Büchern bestehende Schrift über den Staat: πολιτεία ἢ περὶ δικαίου. Vgl. de rep. II. 11, 21: *princeps ille, quo nemo in scribendo praestantior fuit, aream sibi sumpsit, in qua civitatem exstrueret arbitratu suo, praeclaram illam quidem fortasse, sed a vita hominum abhorrentem et moribus.* Plato selbst sagt von diesem Staate de rep. IX. p. 592 A: τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ (πόλει), ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ εἶναι αὐτὴν οἶμαι, ἀλλ' ἐν οὐρανοῖς.

usque eo. Diese Partikel findet sich öfter bei Cic. im Epiphonem, nicht aber *adeo*. Vgl. Tusc. disp. III. 12, 27: *Dionysius quidem tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat*; *usque eo imperio carere non poterat.*

a civitatum moribus. Vgl. 61, 260: *quae sunt in usu civitatum volgari*; II. 82, 337: *nosse mores civitatis.*

225. *clarissimo viro* cet., s. z. 9, 37: *L. Bruti.*

in maximā contione tuorum civium, quae dixisti? Eripite nos ex miseriis, eripite ex faucibus eorum, quorum crudelitas nisi nostro sanguine non potest expleri; nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus. Omitto miserias, in quibus, ut illi aiunt, vir fortis esse non potest; omitto faucis, ex quibus te eripi vis, ne iudicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus, quod sapienti negant accidere posse: servire vero non modo te, sed universum senatum, cuius tum causam agebas, ausus es dicere? Potestne 226.
virtus, Crasse, servire istis auctoribus, quorum tu praecepta oratoris facultate complecteris? quae et semper et sola libera est quaeque, etiamsi corpora capta sint armis aut constricta vinculis, tamen suum ius atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debet. Quae vero addidisti, non modo senatum servire posse populo, sed etiam debere, quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia

---

Eripite cet. Diese Stelle ist aus Crassus' Rede pro leg. Servil. entlehnt, durch welche im J. 106 die Geschwornengerichte, welche seit 122 von den Rittern verwaltet worden waren, wegen der vielfachen von diesen verübten Ungerechtigkeiten wieder den Senatoren übertragen wurden. Doch wurde diese *lex* schon nach wenigen Jahren durch einen Gesetzesantrag des Tribunen C. Servilius Glaucia, des Prätors vom J. 100, wieder aufgehoben.

nisi nostro sanguine cet., das Aeusserste, was ihnen widerfahren kann und um dessen Abwendung er sie bittet. Dass Antonius diese Stelle so verstand, geht aus den folgenden Worten hervor: *ne iudicio iniquo* cet.

illi aiunt, neml. die Stoiker, nach deren Lehre der Weise nie unglücklich sein konnte; vgl. p. Mur. 29, 61: *Huius* (*Zenonis*) *sententiae sunt — solos sapientis esse, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, divites, si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostis, insanos denique esse dicunt;* Parad. II. 19: *ut improbo et stulto et inerti nemini bene esse potest, sic bonus vir et sapiens et fortis miser esse nemo potest.*

226. *Potestne*, hier = *Num potest*, wie Tusc. disp. I. 27, 67: *Ubi igitur aut qualis est ista mens? ubi tua aut qualis? potesne dicere.* An anderen Stellen ist die Fragepartikel *ne* auch = *nonne.*

istis auctoribus: nach der Ansicht jener Männer; *praecepta*, d. h. ihre Kenntniss; zu *facultate* vgl. 49, 214.

quae, neml. *virtus.*

impunitam: ungeschmälert, unbeschränkt.

non modo senatum. Ueber die Wortstellung s. z. 10, 39: *ab oratorum genere.*

quis hoc philosophus tam mollis — posset, kurz für: *quis philosophus tam mollis — fuit, ut hoc probare posset.* So öfters in Fragen und Negativsätzen; vgl. in Pis. 5, 10: *potestatem* (*censoriam*) *minuere quo minus*

ad voluptatem corporis doloremque referens probare posset, senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi
53. 227. sui potestatem quasi quasdam habenas tradidisset? Itaque haec cum a te divinitus ego dicta arbitrarer, P. Rutilius Rufus, homo doctus et philosophiae deditus, non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat. Idemque Servium Galbam, quem hominem probe commeminisse se aiebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is L Scribonio quaestionem in eum ferente populi misericordiam concitasset, cum M. Cato, Galbae gravis atque acer inimicus, aspere apud populum Romanum et vehementer esset locutus,
228. quam orationem in Originibus suis exposuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse paene in umeros suos ex-

---

de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur nemo tam effuse petulans est; ad Att. VIII. 4, 2: *numquam reo cuiquam tam humili — tam praecise negavi quam hic mihi plane nulla exceptione negavit* = *numquam reus quisquam tam humilis fuit, cui tam praecise negarim quam —*. Das Dem. *hoc* bezieht sich auf *senatum servire populo*.

53. 227. *divinitus*, s. z. 7, 26.

P. Rutilius Rufus, durch seine standhafte Rechtlichkeit ausgezeichnet, war Schüler des Stoikers Panätius, Cons. im J. 105, und begleitete den ihm befreundeten Q. Mucius Scävola Pont. m. als sein Legat in die Provinz Asien, wo er den Bedrückungen der Publicanen so energisch entgegentrat, dass sie, welche damals noch allein als Geschworene fungirten, im J. 92 ungerechter Weise ihn als *repetundarum reus* verurtheilten. Er begab sich darauf in das Exil nach Smyrna, wo er bis an sein Lebensende verweilte. Vgl. Brut. 30, 115: *Qui cum innocentissimus in iudicium vocatus esset, cum essent eo tempore eloquentissimi viri L. Crassus et M. Antonius consulares, eorum adhibere neutrum voluit. Dixit ipse pro sese et pauca C. Cotta, quod sororis erat filius, et is quidem tamen ut orator, quamquam erat admodum adulescens, et Q. Mucius enucleate ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicii et magnitudo causae postulabat.*

Ser. Sulpicius Galba, s. z. 10, 40. Von diesem datirt Cic. eine neue Epoche der Beredsamkeit, da nun auch die nachfolgenden Redner zu allerlei Effectmitteln ihre Zuflucht nahmen und durch eine hinreissende Darstellung zu rühren suchten, während die früheren lediglich durch die Macht der Beweisgründe zu wirken suchten.

esset locutus, wofür man *dixisset* erwartet hätte. Jedoch vgl. 11, 48: *copiose loqui.*

in Originibus, einem aus 7 Büchern bestehenden Geschichtswerk, in welchem er die Geschichte Roms vom Anfang an bis zu seiner Zeit behandelte. Die hier erwähnte Rede stand im 7. B. Vgl. über Cato z. 37, 171.

228. C. Sulpicius Gallus, durch astronomische Kenntnisse ausgezeichnet (er sagte im J. 169 vor der Schlacht bei Pydna eine Mondfinsterniss voraus) und Cons. im J. 166.

tulisset, qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret et duos filios suos parvos tutelae populi commendasset ac se, tamquam in procinctu testamentum faceret sine libra atque tabulis, populum Romanum tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cum et invidia et odio populi tum Galba premeretur, hisce eum tragoediis liberatum ferebat; quod item apud Catonem scriptum esse video, n i s i p u e r i s e t l a c r i m i s u s u s e s s e t , p o e n a s e u m d a t u r u m f u i s s e. Haec Rutilius valde vituperabat et huic humilitati dicebat vel exsilium fuisse vel mortem anteponendam. Neque 229.
vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit et fecit. Nam cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiae cumque illo nemo neque integrior esset in civitate neque sanctior, non modo supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam, quam simplex ratio veritatis ferebat. Paulum huic Cottae tribuit partium, disertissimo adulescenti, sororis suae filio. Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, pure et dilucide. Quodsi 230.
tu tunc, Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi utuntur, ad dicendi copiam petendum esse paulo ante dicebas; et, si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere, quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, pestiferi cives supplicioque digni, tamen omnem eorum importunitatem ex intimis men-

---

populo, vgl. 51, 220: *iudicio aut populo.*

in procinctu, d. h. vor Beginn der Schlacht, wenn das Heer bereits in Schlachtordnung aufgestellt war. Ein solches im Heere vor drei oder vier Zeugen mündlich festgesetztes Testament hatte dieselbe Giltigkeit wie das in der Heimat *per aes et libram* abgeschlossene, welches das allgemeingiltige war.

tabulis, d. h. ohne schriftliche Aufzeichnung.

orbitati, s. z. 3, 10: *in obscuritate.*

humilitati: Selbsterniedrigung.

229. *sensit*: es war sein Grundsatz.

supplex iudicibus esse. Vgl. die zu § 231 citirte Stelle Tusc. disp. I. 29, 71.

sed ne — quidem, neml. *voluit,* was aus *noluit* zu ergänzen ist. Es hätte statt *noluit* auch *voluit* heissen können, wenn, wie z. B. 46, 203, das Präd. im 2. Gliede stände.

liberius, d. h. mit sonst erlaubten Degressionen, wie z. B. Galba that, der von der Sache selbst vielfach abschweifte.

ratio veritatis, kurz statt *veritas,* eine nicht seltene Umschreibung.

Q. Mucius Scäv., dessen Legat Rutilius gewesen war und der also am besten über ihn Auskunft geben konnte.

tibus evellisset vis orationis tuae: nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, ut si in illa commenticia Platonis civitate res ageretur. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rem publicam imploravit, nemo supplicavit. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.
54. 231. Imitatus est homo Romanus et consularis veterem illum Socratem, qui, cum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse iudicum. Quin etiam, cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit; sed, inquit, ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Ergo ille quoque

---

230. *evellisset*, d. h. du hättest ihnen trotz ihrer frechen Bosheit den Gedanken an die Verurtheilung des Rutilius benommen.

amissus, denn sein Wegbleiben von Rom war in der That ein Verlust für den Staat.

supplosit. Die Redner pflegten dadurch namentlich am Anfange und Schluss der Rede ihre Erregtheit zu bekunden, vgl. Brut. 43, 158: *Paratus igitur veniebat Crassus, exspectabatur, audiebatur; non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio, non crebra supplosio pedis; vehemens et interdum irata et plena iusti doloris oratio;* ebds. 80, 278: *pedis, quod minimum est, nulla supplosio.*

54. 231. *homo Romanus et consularis*: als solcher hätte er am wenigsten einem griechischen Philosophen nachahmen sollen.

pro se ipse dixit. Vgl. Tusc. disp. I. 29, 71: *Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis nec iudicibus supplex fuit adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia.*

Lysias, geb. 459 zu Athen, gest. 375, trat zwar nicht selbst als Redner auf, aber verfasste für Andere zahlreiche gerichtliche Reden, von denen wir noch 44 besitzen, welche sich durch Einfachheit und Klarheit der Darstellung auszeichnen. Vgl. Brut. 9, 35: *Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere.* Uebrigens wird die Richtigkeit der Mittheilung Cicero's nicht ohne Grund bezweifelt und mit mehr Wahrscheinlichkeit angenommen, dass die hier erwähnte Vertheidigungsrede des Lysias eine Uebungsrede desselben gewesen ist, welche er mehr als 6 Jahre nach dem Tode des Socrates einer Anklagerede (*declamatio*) des Rhetors Polycrates entgegensetzte.

calceos Sicyonios, *ὑποδήματα Σικυώνια*, welche und zum Putz für Frauen bestimmte Schuhe. Vgl. z. 7, 28: *durissimis pedibus.*

sic illam orationem cet., ein leicht erklärlicher Uebergang aus der oratio recta in die obliqua.

damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant iudices, damnarent an absolverent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, reo 232.
damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio; et sententia cum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commeruisse se maxime confiteretur, quod cum interrogatus Socrates esset, respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur et ut ei victus cotidianus in Prytaneo publice praeberetur, qui honos apud Graecos maximus habetur. Cuius responso iudices sic 233.
exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. Qui quidem si absolutus esset, quod mehercule, etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingenii magnitudinem vellem, quonam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est, nullam aliam ob culpam nisi propter dicendi inscientiam, tamen a se oportere dicunt peti

---

232. *reo damnato* ist Abl.

si fraus (= *facinus*) *capitalis non esset*, wenn neml. nicht, wie auf vorsätzlichen Todschlag, schon von den Gesetzen die Strafe des Todes oder ewiger Verbannung festgesetzt war. Der Conj. *esset* steht weil Cic. die Bestimmung des Gesetzes aus dem Sinne des Gesetzgebers referirt, *daretur* dagegen wegen der Wiederholung in der Vergangenheit.

sententia cum iud. daretur: sobald den Richtern die Entscheidung übertragen wurde. Wenn nemlich, wie bei den γραφαὶ ἀσεβείας die Gesetze keine bestimmte Strafe festgesetzt hatten, der ἀγὼν also ein τιμητὸς war, so beantragte der Ankläger gleich in der Klageschrift eine gewisse Strafe (ἐπάγειν τὸ τίμημα), welcher der Verklagte im Falle seiner Verurtheilung eine andere geringere entgegenstellen durfte (ἀντιτιμᾶσθαι). Darauf entschieden sich die Richter für einen der beiden Strafanträge oder vermittelten auch zwischen beiden.

quasi aestimationem, Uebersetzung des griechischen τίμημα, was aber in gerichtlichem Sinne so viel als Strafantrag bedeutet, daher *quasi* hinzugefügt: *commeruisse* ist ἅπ. λεγ.

respondit. Indem er es ablehnte, seine Strafe abzuschätzen, behauptete er seine Schuldlosigkeit.

ut ei praeberetur, wofür man *sibi* erwartete, aus der Vorstellung des Schriftstellers hinzugefügt. Vgl. in Verr. IV. 39, 84: *Audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos — Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur, — huius vi, scelere imperioque esse sublatum*; p. Rosc. A. 34, 95; p Mil. 15, 39.

prytaneo. In dem Prytaneum auf der Burg zu Athen wurden ausser den 50 Prytanen, welche abwechselnd einen Monat lang die Regierung führten, auch noch andere um den Staat wohlverdiente Männer und die Gesandten fremder Staaten seit Solon auf öffentliche Kosten gespeist.

233. *quonam modo — ferre possemus*, d. h. dann würden sie, die jetzt schon auf die Beredsamkeit geringschätzig herabsehen, mit ihrer ausschliesslichen Bevorzugung der Philosophie ganz unerträglich sein.

praecepta dicendi? Quibuscum ego non pugno, utrum sit melius aut verius: tantum dico et aliud illud esse atque hoc et hoc sine illo summum esse posse.

55. 234. Nam quod ius civile, Crasse, tam vehementer amplexus es, video quid egeris; tum, cum dicebas, videbam. Primum Scaevolae te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus; cuius artem cum indotatam esse et incomitatam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Deinde quod in ea tu plus operae laborisque consumpseras, cum eius studii tibi et hortator et magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdi-
235. disses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. Sit sane tanta, quantam tu illam esse vis. Etenim sine controversia et magna est et late patet et ad multos pertinet et summo in honore semper fuit et clarissimi cives ei studio etiam hodie praesunt; sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam, suo quoque eam concesso
236. et tradito spolies atque denudes. Nam, si ita diceres, qui iuris consultus esset, esse eum oratorem, itemque qui esset orator,

---

utrum, neml. *philosophia* oder *eloquentia*.

tantum: nur so viel, wie 4, 14.

55. 234. *tam vehementer amplexus es*. Vgl. p. Mur. 10, 23: *Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam, non patiar te diutius in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tanto opere didicisti, praeclarum aliquid esse arbitrere.*

tum, cum: gleich damals, als —, insofern es sofort evident war, dass er sich durch keine sachlichen, sondern nur durch persönliche Gründe bestimmen liess.

te dedisti: du hast dich gefällig zeigen wollen. Aehnlich Brut. 89, 306: *Q. Scaevola, quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.*

incomitatam (auch des gleichen Ausgangs mit *indotatam* wegen gesetzt), wozu, wie sich aus dem Zusammenhange ergibt, *ornatu* zu ergänzen ist. Vgl. III. 6, 23: (*oratio*), *quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata.*

hortator et magister: derselbe Schwiegervater Scävola.

exaggerasses: hoch stellen, anpreisen.

235. *late patet*: findet eine vielfache Anwendung; vgl. de off. I. 2, 4: *latissime patere videntur ea, quae de officiis tradita ab illis et praecepta sunt*: ebds. 7, 20 u. 24; 8, 26 u. o.

praesunt, wie 45, 198.

vide ne drückt in der Form besorglicher Mahnung eine gemilderte Behauptung aus; vgl. 13, 55

suo quoque — denudes, insofern ihre eigenthümlichen Vorzüge dann als unzulänglich und nichtig erscheinen würden.

236. *esset*, *esse*. Diese Zusammenstellung derselben Prädicate mar-

iuris eundem esse consultum, praeclaras duas artis constitueres atque inter se paris et eiusdem socias dignitatis. Nunc vero iuris consultum sine hac eloquentia, de qua quaerimus, fateris esse posse fuisseque plurimos; oratorem negas, nisi illam scientiam adsumpserit, esse posse. Ita est tibi iuris consultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum; sed quia saepe utitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedisequamque adiunxisti.

Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, **56.** 237.
qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur aut ea, quae maxima essent in iure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent numquamque didicissent, utriusque rei facilis est et prompta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coëmptio fiat, nesciat, eundem eius mulieris,

---

kirt entweder die Nothwendigkeit der Folgerung in Conclusionen oder die Incongruenz in Gegensätzen und ist bei *posse* regelmässig. Vgl. Tusc. disp. III. 9, 20: *Etenim, si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam*; ebds. 5, 11: *ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania.* Doch findet sich dieselbe Wortstellung auch noch in anderen Sätzen, wie ebds. 31, 75: *quamdiu vixit, vixit in luctu.*

nunc vero (od. *nunc autem*) stellt dem fingirten Fall die Wirklichkeit entgegen: Nun aber.

leguleius, Gesetzeskrämer, dessen ganze Wissenschaft lediglich darin besteht, dass er aus den prätorischen Edicten und den Schriften der Juristen die einzelnen Gesetze herauszulesen versteht, anstatt sich das *ius civile* in wissenschaftlichem Zusammenhange angeeignet zu haben, vgl. Quint. XII. 3, 11: *alii se ad album* (d. i. *praetorum edicta*) *ac rubricas* (d. i. *iurisconsultorum libros*) *transtulerunt et formularii vel, ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt*; *praeco actionum* heisst er, insofern er die in jedem einzelnen Fall zu erhebende Klage bekannt macht, *cantor formularum*, insofern er die Prozessformeln fertig und sicher vorsagen (ableiern) kann, *auceps syllabarum*, Sylbenstecher, weil er bei der Gesetzesinterpretation auf jeden einzelnen Buchstaben Gewicht legt.

ancillulam, vgl. z. 11, 46: *contiunculas.*

56. 237. *impudentiam*, s. 38, 172 ff.; *admiratus es*: dich verwundert hast über —, wie II. 56, 227; III. 50, 195 u. o.

numquamque, für das gewöhnlichere *neque umquam*, wie *nihilque* pro Sest. 2, 3: *a Q. Hortensio causa est P. Sestii perorata nihilque ab eo praetermissum est, quod aut pro re publ. conquerendum fuit aut pro reo disputandum.*

coëmptio, Kaufehe, eine Form der Eheschliessung, bei welcher die Frau in Gegenwart von fünf Zeugen und eines *libripens* sich in die *manus* des Mannes scheinbar verkaufte. Dabei richtete er an sie die

quae coëmptionem fecerit, causam posse defendere; nec, si parvi navigii et magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem
238. herciscundae familiae causam agere non possit. Nam quod maximas centumviralis causas in iure positas protulisti, quae tandem earum causa fuit, quae ab homine eloquenti, iuris imperito, non ornatissime potuerit dici? Quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M' Curii, quae abs te nuper est dicta, et in C. Hostilii Mancini controversia atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore, non remisso nuntio superiori, fuit inter peritissimos homines summa de iure dis-
239. sensio. Quaero igitur quid adiuverit oratorem in his causis iuris scientia, cum hic iuris consultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo artificio, sed alieno, hoc est, non iuris scientia, sed eloquentia sustentatus. Equidem hoc saepe audivi, cum aedilitatem P. Crassus peteret eumque maior natu et iam consularis Ser. Galba adsectaretur, cuius C. filio suam filiam despondisset, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum, qui cum Crassum seduxisset atque ad eum rettulisset responsumque ab eo verum magis, quam ad suam rem accommodatum abstulisset, ut eum tristem Galba

---

solenne Frage: *an mihi mater familias esse vis?*, und ebenso umgekehrt sie an ihn: *an mihi pater familias esse vis?* Eine ältere Form der Eheschliessung war die *per confarreationem*, eine spätere die durch *usus*.

si parvi cet. bezieht sich darauf, dass nach 38, 174 derjenige kein grösseres Schiff zu regieren vermag, welcher schon eines kleineren nicht mächtig ist. Uebrigens ist der Ausdruck ungewöhnlich für *si parvi — eadem est gubernatio*, oder *si gubernandi parvi — easdem est scientia*. Zu *idcirco* vgl. 50, 216.

herctum (Supin.) *ciere*: (den *arbiter* oder Erbschafts-Schiedsrichter) zur Erbschaftstheilung auffordern, also: eine Erbschaftstheilung vornehmen; *herciscundae familiae causam agere*: einen Erbtheilungsprozess führen, in welcher Formel *familia* seine ursprüngliche Bedeutung von *res familiaris* beibehalten hat.

238. *centumviralis causas*, s. z. 38, 173. Ueber das Prf. *potuerit* s. z. 3, 10: *consecutus sit*.

M' Curii cet., s. 39, 180 ff.

239. *fuerit discessurus*, weil in dem unabhängigen Satze *discessisset* gestanden hätte; *artificio*: Wissenschaft, Fachkenntniss.

P. Crassus, s. z. 37, 170; Ser. Galba, z. 53, 227.

adsectaretur, von der Begleitung derjenigen gebraucht, welche man bei ihrer Bewerbung unterstützen will. Vgl. 25, 112.

cuius Caio filio cet., s. die zu 37, 170: *P. Licinius Crassus* citirte Stelle.

qui cum für *quem, cum* —, vgl. z. 46, 202: *cuius*.

ad suam rem accommodatum: seiner Sache vortheilhaft.

vidit, nomine appellavit quaesivitque qua de re ad Crassum rettulisset. Ex quo ut audivit commotumque ut vidit hominem, Suspenso, inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video: deinde ipsum Crassum manu prehendit et, Heus tu, 240.
inquit, quid tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille fidenter, homo peritissimus, confirmare ita se rem habere, ut respondisset, nec dubium esse posse. Galba autem adludens varie et copiose multas similitudines adferre multaque pro aequitate contra ius dicere; atque illum, cum disserendo par esse non posset — quamquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbae nullo modo —, ad auctores confugisse et id, quod ipse diceret, et in P. Mucii fratris sui libris et in Sex. Aelii commentariis scriptum protulisse ac tamen concessisse Galbae disputationem sibi probabilem et prope veram videri.

Et enim, quae causae sunt eiusmodi, ut de earum iure **57**. 241.
dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod pater familias ante fecit, quam ei filius natus esset, hereditatem petit? Nemo quia constat agnascendo rumpi testamentum. Ergo in hoc;

---

nomine, den ihm der Nomenclator des Crassus zugeflüstert hatte. Einen solchen hatten die Candidaten in der Regel bei sich, um sich von ihm die Namen der ihnen Begegnenden angeben zu lassen und durch Erweckung des Scheins persönlicher Bekanntschaft die Gunst der Wähler zu erlangen. Vgl. p. Mur. 36, 77: *Quid, quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis et decipis. Nam si nomine appellari abs te civis tuos honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi.*

suspenso animo et occupato: in der Zerstreuung und mit anderen Dingen beschäftigt.

240. *peritissimus*: sehr rechtskundig, den Grund zu *fidenter* enthaltend, vgl. z. 52, 225: *clarissimo viro.*

similitudines: analoge Fälle, wie II. 41, 177: *simile.*

disertorum, von Cic. nach dieser Stelle von *disserere* abgeleitet.

illum — confugisse, vgl. 54, 231: *sic illam — videri.* Die Rückkehr zu der *or. obl.* konnte hier leicht durch die vorhergehenden Inf. hist. veranlasst werden.

P. Mucii und *Sex. Aelii*, s. z. 48, 212.

57. 241. *Et enim.* Dafür steht in den Hdschr. *attamen*, worüber s. z. 32, 148. Aber auch *ac tamen* ist hier nicht möglich, weil kein Gegensatz zu dem Vorhergehenden, sondern vielmehr ein zweiter Grund für die Ansicht, dass der Redner der Kenntniss des Rechts entbehren könne, in der Form einer *occupatio* hinzugefügt wird, nachdem vorher ausgeführt worden ist, dass in zweifelhaften Fällen immer die Beredsamkeit allein und nicht die Rechtsgelehrsamkeit den Ausschlag gebe.

agnascendo. Dies Verbum steht für den Fall, dass nach der Festsetzung des Testaments ein Sohn geboren oder adoptirt wird. Die

genere iuris iudicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori
242. omnem hanc partem iuris sine controversiis ignorare, quae pars sine dubio multo maxima est: in eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori eius partis, quamcumque defendet, auctorem aliquem invenire; a quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit. Nisi vero — bona venia huius optimi viri dixerim — Scaevolae tu libellis aut praeceptis soceri tui causam M' Curii defendisti, non adripuisti patrocinium aequitatis et de-
243. fensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum. Ac mea quidem sententia — frequens enim te audivi atque adfui — multo maiorem partem sententiarum sale tuo et lepore et politissimis facetiis pellexisti, cum et illud nimium acumen illuderes et admirarere ingenium Scaevolae, qui excogitasset nasci prius oportere quam emori; cumque multa colligeres et ex legibus et ex senatus consultis et ex vita ac sermone communi non modo acute, sed etiam ridicule ac facete, ubi si verba, non rem sequeremur, confici nihil posset. Itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit; in quo quid tibi

---

dadurch bewirkte Aufhebung des Testaments wird durch *rumpi* bezeichnet; vgl. 38, 173.

hanc partem iuris, d. h. *in qua nihil ambiguitatis est.*

sine controversiis attributiv, wie III. 24, 93: *facilis est vel ratio vel sine ratione ipsa exercitatio*; ebds. 52, 199: *tenuis (oratio), non sine nervis ac viribus.* Vgl. zu 23, 105: *sine usu.*

quae pars, s. z. 38, 174: *quibus in tabellis.*

242. *amentatas*: zum Wurf bereit, eig. mit dem Schwungriemen versehen, der in der Mitte des Speeres befestigt war. Mit diesen *hastae amentatae* sind hier die aus dem *ius civile* entlehnten Argumente gemeint. Vgl. Brut. 78, 271: *Hermagorae praeceptis —, ut hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur.*

Scaevolae, d. h. des 36, 166; 48, 212; 50, 217 und 56, 240 erwähnten, während der mit *huius optimi viri* und *soceri tui* bezeichnete der Q. Muc. Scäv. Augur ist.

non adrip.: und nicht vielmehr, asyndetisch wie 9, 37; 14, 62. Den folgenden Worten liegt der Gedanke zu Grunde, dass die Vertheidigung der Absicht des Erblassers auch ohne die Kenntniss des geschriebenen Rechts möglich sei.

testamentorum. Der Hauptbegriff ist in dem zu näherer Bestimmung hinzugefügten *ac voluntatis mortuorum* enthalten. Kürzer ist derselbe Gedanke ausgedrückt Brut. 53, 298: *aequum bonum, testamentorum sententias voluntatesque tutatus est.*

243. *sententiarum*, neml. *iudicum.* Zu *sale* vgl. 34. 159; zu *lepore* cet. 5, 17.

iuris civilis exercitatio profuerit non intellego; dicendi vis egregia summa festivitate et venustate coniuncta profuit. Ipse 244.
ille Mucius paterni iuris defensor et quasi patrimonii propugnator sui, quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit, quod de iure civili depromptum videretur? quam legem recitavit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius? Nempe eius omnis oratio versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri 245.
apud magistros exercentur omnes, cum in eiusmodi causis alias scriptum, alias aequitatem defendere docentur. Et, credo, in illa militis causa, si tu aut heredem aut militem defendisses, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et oratoriam facultatem contulisses. Tu vero, vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur, vel si causam ageres militis, patrem eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses; statuisses ante oculos; complexus esset filium flensque eum centumviris commendasset; lapides mehercule omnis flere ac lamentari coëgisses, ut totum illud UTI LINGUA NUNCUPASSIT non in XII

---

coniuncta, vgl. z. 5, 17.

244. *ille Mucius*, d. i. der kurz vorher, § 243, erwähnte Pont. max. Er wird jetzt nicht Scävola genannt, sondern *Mucius* = *iuris peritissimus*, weil die ganze Familie der Mucier durch ihre Rechtskunde ausgezeichnet war; daher *paterni iuris defensor* cet.

Nempe, Partikel der Antwort mit ironischer Färbung, wie in der Regel; jedoch ohne dieselbe: 38, 175.

245. *illa militis causa:* 38, 175.

Hostilianas actiones: eine Zusammenstellung von Rechtsformeln, von einem sonst unbekannten Juristen Hostilius.

vero, berichtigend: nein, neml. du würdest die Angelegenheit mit einem solchen Feuer und Pathos behandeln, als ob die Giltigkeit der Testamente überhaupt auf dem Spiele stände.

ut soles. Cic. denkt auch hier bei Crassus an seine eigene Gewohnheit, durch Anwendung der προςωποποιΐα oder der *personarum ficta inductio* seine Darstellung effectreich zu machen.

a mortuis excitasses: um ihn selbst deine Behauptung bezeugen zu lassen. Mit dem Conj. Plqupf. kehrt Antonius wieder von dem allgemeinen Falle zu dem besonderen in der Vergangenheit zurück. Zum Ausdruck vgl. Top. 10, 45: *in hoc genere oratoribus et philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur*; or. 25, 85: *non faciet* (*ille tenuis orator*) *rem publ. loquentem nec ab inferis mortuos excitabit*; Brut. 93, 322.

uti lingua nuncupassit (= *nuncupaverit*). Die hier erwähnte Stelle des Zwölftafelgesetzes lautet vollständig: *uti lingua nuncupassit, ita ius esto.* Der Gedanke ist: In deiner Darstellung würde der Wortlaut des Gesetzes als so unwesentlich und nichtig erscheinen, als ein Theil

tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur.

58. 246. Nam quod inertiam accusas adulescentium, qui istam artem primum facillimam non ediscant, [quae] quam sit facilis, illi viderint, qui eius artis adrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant, deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram; deinde, quod sit plena delectationis; in quo tibi remittunt omnes istam voluptatem et ea se carere patiuntur, nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit quam Manilianas venalium vendendorum leges ediscere;

247. tum autem quod amore patriae censes nos nostrorum maiorum

---

irgend einer in der Knabenschule eingeübten Gedenkformel. Vgl. de leg. II. 23, 59: *hoc plus ne facito: rogum ascea ne polito. Nostis quae sequuntur; discebamus enim pueri XII* (*tabulas*), *ut carmen necessarium, quas iam nemo discit.*

anteponis: 44, 195.

58. 246. *Nam*, vgl. z 16, 71.

viderint und *videris* (Coni. Prf.): vom Redenden gebraucht, wenn er von sich etwas abweisen will, wie II. 58, 235: *viderit Democritus.*

quasi — ita: grade oder genau so, als wenn, wie p. Mur. 36, 77: *quid, cum admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas?* de or. II. 37, 154 steht so *tamquam — sic*; I. 39, 179 *uti — ita.*

facilem esse dicis: 41, 185.

esse illam artem futuram ist von dem aus *concedis* zu ergänzenden *dicis* abhängig. So ist III. 10, 38 *audemus* aus *conamur* zu ergänzen.

deinde, quod sit plena delectationis entspricht dem Attribut *primum facillimam* und vertritt eigentlich wie dieses einen Concessivsatz: *etsi plena delect. sit*; aber es schwebte dem Schriftsteller aus dem Anfang der Periode nur noch der Gedanke vor: *artem istam ediscendam censes*, wozu mit den Worten *quod sit pl. del.* aus dem Sinne des Crassus der Grund hinzugefügt wird. Auch in den folgenden Sätzen *tum autem quod — censes* und *Quod vero putas* ist ein Anakoluth enthalten, insofern sie nicht mehr unter der Form einer Begründung des Gedankens, dass die Jurisprudenz zu erlernen sei, sondern als selbständige Behauptungen auftreten. Zu *in quo* vgl. 51, 219.

si iam: wenn denn einmal, vgl. II. 6, 25: *si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis.*

M. Pacuvius, geb. 219 zu Brundusium, gest. 130 zu Tarent, Neffe des Ennius und Freund des Lälius, dichtete Tragödien nach denen des Aeschylus und Sophocles. Der Teucer ist eine Nachbildung des sophocleischen Τεῦκρος.

Manilianas, s. z. 48, 212; *venalium* ist *neutr.*: die gesetzlichen Formeln für Kaufverträge.

247. *amore patriae*, s. z. 10, 40: *tuo studio.*

inventa nosse debere, non vides veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse aut novis legibus esse sublatas? Quod vero viros bonos iure civili fieri putas, quia legibus et praemia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis, equidem putabam virtutem hominibus, si modo tradi ratione possit, instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris, quam sit bellum cavere malum, scire possumus. De me autem ipso, cui 248. uni tu concedis, ut sine ulla iuris scientia tamen causis satis facere possim, tibi hoc, Crasse, respondeo, neque me umquam ius civile didicisse neque tamen in iis causis, quas in iure possem defendere, umquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis, aliud in communi vita et volgari hominum consuetudine nec hebetem nec rudem. Cui nostrum licet fundos nostros obire aut res 249. rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere? tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni aut quo modo ea fiant omnino nesciat. Num igitur si qui fundus inspiciendus aut si mandandum aliquid procuratori de agri cultura aut imperandum vilico est, Magonis

---

inventa, hier in weiterem Sinne als 18, 84: geistige Erzeugnisse.

non vides, nicht *nonne vides*, um den Unwillen oder die Verwunderung zu bezeichnen.

ipsas, d. h. ohne eine äussere Veranlassung.

vetustate: durch die Länge der Zeit; zu *consenuisse* vgl. II. 2, 7: *laus eorum iam prope senescens*.

si modo: beschränkend: wenn anders od. wenn überhaupt, wie 47, 204; II. 38, 157; 43, 182; das Präs. *possit*, weil der Zweifel ein stets berechtigter ist.

ratione: in wissenschaftlicher Form.

ac metu bezeichnet die Folge der beiden vorhergehenden Begriffe.

quam sit bellum c. m. Ueber die Stellung des ganzen Satzes s. z. 9, 37: *L. Bruti*, über die von *sit* z. 44, 197.

248. *in iure*, s. z. 10, 41 u. 42.

artificem: ein Sachverständiger, Fachkundiger, wie 12, 51; *generis*, wie 22, 104.

hebetem, öfters mit *rudis* zusammengestellt, wie de div. II. 50, 103: *Epicurum hebetem et rudem dicere solent Stoici.*

249. *obire*, mit Bezug auf 38, 173: *iudicia privata magnarum rerum obire*, wo dies Verbum in ähnlichem Sinne gebraucht ist.

procuratori: Verwalter, der die Stelle des Besitzers vertritt, *vilico*: Vogt, diesem untergeordnet und Aufseher des Gesindes.

Mago d. Gr, Begründer der karthagischen Macht, lebte um 550—500 v. Chr. und verfasste ein grosses Werk über den Landbau (aus 28 Bänden bestehend), welches nach der Zerstörung Karthago's auf Veran-

Karthaginiensis sunt libri perdiscendi, an hac communi intellegentia contenti esse possumus? Cur ergo non iidem in iure civili, praesertim cum in causis et in negotiis et in foro conteramur, satis instructi esse possumus ad hoc dumtaxat, ne in
250. nostra patria peregrini atque advenae esse videamur? Ac si iam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit cum hoc Scaevola communicare; quamquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt. An vero, si de re ipsa, si de finibus, cum in rem praesentem venimus, si de tabulis et perscriptionibus controversia est, contortas res et saepe difficilis necessario perdiscimus: si leges nobis aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur ne ea, si ab adulescentia iuri civili minus studueri-
59. mus, non queamus cognoscere?

Nihilne igitur prodest oratori iuris civilis scientia? Non possum negare prodesse ullam scientiam, ei praesertim, cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata; sed multa et magna et difficilia sunt ea, quae sunt oratori necessaria, ut eius in-
251. dustriam in plura studia distrahere nolim. Quis neget opus esse oratori in hoc oratorio motu statuque Roscii gestum et venustatem? Tamen nemo suaserit studiosis dicendi adulescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. Quid

---

lassung des römischen Senats in das Lateinische übertragen wurde und auch noch später bei den Römern in hohem Ansehen stand.

conteramur, vgl. 21, 94 a. E.

dumtaxat: gerade, zum wenigsten, eig. wenn man es genau nimmt, wie II. 14, 60 u. o.

peregrini atque advenae, vgl. 50, 218: *peregrinum atque hospitem.*

250. *communicare*, vgl. 15, 60.

quorum negotium est, s. z. § 247: *quam sit bellum.*

consulta et exquisita: eingeholte Rechtsbescheide und Erkundigungen.

de finibus, *cum in rem praesentem venimus.* Dieser Ausdruck ist theils wörtlich zu nehmen von der Besichtigung eines streitigen Gebiets, wie p. Caec. 7, 20: *placuit Caecinae de amicorum sententia constituere, quo die in rem praesentem veniretur et de fundo Caecina moribus deduceretur*, theils in übertragenem Sinne, wie hier und de off. I. 10, 32: *si constitueris cuiquam te advocatum in rem praesentem venturum*, also: in der gerichtlichen Verhandlung über die Grenzen eines Gebiets. Vgl. z. 10, 41; *ex iure manum consertum vocare.*

tabulis: Rechnungsbücher, *perscriptionibus:* schriftliche Geldanweisungen, Wechsel.

59. *negare.* Die Negation dieses Verbums ist nicht zum Pronomen, sondern zu *prodesse* zu ziehen.

praesertim, s. z. 6, 21.

251. *Roscii*, s. z. 27, 124; 28, 130.

est oratori tam necessarium quam vox? Tamen me auctore nemo dicendi studiosus Graecorum more tragoedorum voci serviet, qui et annos compluris sedentes declamitant et cotidie, ante quam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant eandemque, cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt et quasi quodam modo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam totiens, quotiens praescribitur, paeanem aut hymnum recitarimus. Quodsi in gestu, qui mul- 252.
tum oratorem adiuvat, et in voce, quae una maxime eloquentiam vel commendat vel sustinet, elaborare nobis non licet ac tantum in utroque adsequi possumus, quantum in hac acie cotidiani muneris spatii nobis datur: quanto minus est ad iuris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito sumi et aliunde

---

me auctore, vgl. 12, 54.

Graecorum more tragoedorum, denn diese Stimmübung war zuerst von den griechischen Tragöden ausgegangen und wurde auch zumeist von diesen betrieben.

serviet, s. z. 4, 13: *inserviret*, und vgl. III. 60, 224: *illud iam nihil ad hoc praecipiendi genus, quem ad modum voci serviatur; equidem tamen magno opere censeo serviendum.*

pronuntient, s. z. 15, 66.

recipiunt: herabstimmen, das Gegentheil von *excitant*: steigern, anschwellen lassen. Ueber die Sache selbst vgl. Quintil. XI. 3, 22: *ut communiter et phonascis et oratoribus necessaria exercitatio, qua omnia convalescunt, ita curae non idem genus est. Nam neque certa tempora ad spatiandum dari possunt tot civilibus officiis occupato, nec praeparare ab imis sonis vocem ad summos, nec semper a contentione condere* (= *finire*) *licet, cum pluribus iudiciis saepe dicendum sit.*

hymnum recitarimus. So werden auch Plat. Symp. p. 177 A: ἄλλοις μέν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιᾶνας (al. παιῶνας) εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους, Athen. XIV p. 626 B: παρὰ γοῦν μόνοις Ἀρκάσιν οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμον τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας die Hymnen den Päanen beigeordnet, während sie an anderen Stellen als Gattungsbegriff die Päane und andere Liederarten unter sich begreifen. Diese Uebungen mögen auch nach einem vorliegenden Texte angestellt worden sein, daher *recitarimus*.

252. *una*, s. z. 22, 90.

eloquentiam, Abstr. für das Concr.; *sustinet*: erträglich macht.

tantum, s. z. 4, 14.

quantum — spatii, vgl. z. 47, 207: *oneris; acie*, vgl. 34, 157.

summatim: in der Hauptsache, im wesentlichen; ähnlich II. 36, 153; 61, 248.

doctrina, wie 47, 204.

adripi non potest, iuris utilitas ad quamque causam quamvis
253. repente vel a peritis vel de libris depromi potest. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, [cum ipsi sint peritissimi,] qui, ut abs te paulo ante dictum est, p r a g m a t i c i vocantur. In quo nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritate leges et iura tecta esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Graecos homines, si ita necesse esse arbitrati essent oratorem ipsum erudire in
60. 254. iure civili, non ei pragmaticum adiutorem dare. Nam quod dicis senectutem a solitudine vindicari iuris civilis scientia: fortasse etiam pecuniae magnitudine. Sed nos non quid nobis utile, verum quid oratori necessarium sit quaerimus. Quamquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere se, quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum. Quodsi ille astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos,

---

utilitas = *quod utile est*: das Erforderliche; vgl. 9, 36.

quamque, s. z. 2, 6.

quamvis repente: beliebig schnell, eig. wenn auch noch so plötzlich.

253. *in quo*, wie 58, 246.

melius multo, sc. *fecerunt*. So wird *facere* und *dicere* nicht selten ausgelassen, wenn eine Handlung oder Behauptung durch ein lobendes oder tadelndes Adv. kurz bezeichnet wird; vgl. de deor. n. I. 36, 101: *quanto melius haec volgus imperitorum, qui non membra solum hominis deo tribuant, sed usum etiam membrorum.*

clarissimorum hominum auctoritate, weil in Rom die höchsten Würdenträger ihre Ehrenämter vornehmlich dem bereitwilligen Ertheilen von Rechtsbescheiden verdankten.

non fugisset hoc, d. h. die im Folgenden bezeichnete Einrichtung wäre den Griechen nicht fremd geblieben. Sie ist es auch in der That nicht, da die attischen Redner der besten Zeit sehr wohl mit dem Staatsrecht bekannt waren.

60. 254. *fortasse etiam* —, scil. *vindicatur*, nicht ohne Ironie hinzugefügt.

Quamquam. Sinn: Und doch darf der Redner, selbst wenn er den Gesichtspunkt des Nutzens und der Bequemlichkeit für sein Alter ins Auge fasst, auf die Kenntniss des Rechts verzichten, ohne dass er darum Vereinsamung befürchten müsste.

ad similitudinem, d. h. zur Vergleichung, vgl. 28, 130.

Roscius, s. z. 27, 124.

tibicinis, welcher den Schauspieler bei seinem Vortrag der gesangartigen Cantica begleitete; *modos*, hier: Tonweisen; vgl. z. 33, 151.

moderatione: Gesetz, eig. gesetzmässige Einrichtung.

quanto facilius -- *possumus?* Diese Frageform im Nachsatze nach einem mit *quod si* beginnenden Vordersatze ist nicht selten, vgl. 59, 252.

sed totos mutare possumus? Neque enim hoc te, Crasse, 255.
fallit, quam multa sint et quam varia genera dicendi, id quod haud sciam an tu primus ostenderis, qui iam diu multo dicis remissius et lenius, quam solebas; neque minus haec tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur; multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Laelium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore, numquam, ut Ser. Galba, lateribus aut clamore contenderent. Quod si iam hoc facere non poteris aut noles, vereris ne tua domus talis et viri et civis, si a litigiosis hominibus non colatur, a ceteris deseratur? Equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium senectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed tamquam portum aliquem exspectem istam, quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti otium.

Reliqua vero etiamsi adiuvant, historiam dico et pruden- 256.
tiam iuris publici et antiquitatis memoriam et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo et istis rebus instructissimo, familiari meo, Congo mutuabor. Neque repugnabo, quo minus, id quod modo hortatus es, omnia legant, omnia audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur; sed

---

255. *haud sciam*, so auch II. 17, 72; 52, 209.

qui iam diu multo dicis remissius: ganz so wie Cic. selbst, welcher de leg. I. 4, 11 den Atticus zu sich sagen lässt: *te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus*; *ut, quem ad modum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros in cantu reciderat, ipsasque tardiores fecerat tibias, sic tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, cotidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit.*

gravissimi: so würdevoll. Dem *sermo* als der ruhigen und gehaltenen Darstellung wird auch II. 45, 177 die *contentio* entgegengestellt: *non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba, neque ex alio genere ad usum cotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur.*

audimus. Die der Vergangenheit angehörende Erfahrung wird als in der Gegenwart fortdauernd dargestellt; vergl. das griechische ἀκούειν und II. 22, 93: *de Theramene audimus.*

paulo: nur ein wenig; vgl. 21, 95. *Ser. Galba*, s. z. 53, 227.

ponendum: zu suchen oder zu finden sei, = *positum existimandum.*

256. *antiquitatis memoriam*, vgl. 46, 201; *Brut.* 59, 214: *Nullum ille poëtam noverat, nullum legerat oratorem, nullam memoriam antiquitatis collegerat; non publicum ius, non privatum et civile cognoverat.*

Junius Congus wird p. Planc. 24, 58 als ein gründlicher Kenner des Alterthums bezeichnet; *modo*: 34, 158.

recto studio, vgl. 22, 99; dies wird näher bestimmt durch *atque*

mehercule non ita multum spatii mihi habere videntur, si modo ea facere et persequi volent, quae a te, Crasse, praecepta sunt; qui mihi prope iam nimis duras leges imponere visus es huic aetati, sed tamen ad id, quod cupiunt, adipiscendum
257. prope necessarias. Nam et subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae ac meditatae commentationes ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est; et illa orationis suae cum scriptis alienis comparatio et de alieno scripto subita vel laudandi vel vituperandi vel comprobandi vel refellendi causa disputatio non mediocris contentionis est vel ad memoriam
61. 258. vel ad imitandum. Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unum quemque nostrum quasi quendam esse Roscium: dixistique non tam ea, quae recta essent, probari, quam quae prava, fastidiis adhaerescere; quod ego non tam fastidiose in nobis quam in
259. histrionibus spectari puto. Itaque nos raucos saepe attentissime audiri video; tenet enim res ipsa atque causa: at Aesopum, si paulum irrauserit, explodi. A quibus enim nihil praeter voluptatem aurium quaeritur, in iis offenditur, simul

---

humanitate: höhere Bildung, vgl. II. 17, 72: *homini — communium litterarum et politioris humanitatis experti.*

si modo, s. z. 58, 247; *praecepta*: 33, 149 ff.

257. *multi sudoris.* Hier würde der Abl. qual. unmöglich sein, weil ein Erforderniss bezeichnet wird; dasselbe gilt von *non mediocris contentionis.*

de alieno — disputatio. Von ähnlichem Umfang ist die adverbiale Einschaltung p. Flacc. 25, 60: *revocarem animos vestros — ad illam universorum civium Romanorum per tot urbis uno puncto temporis miseram crudelemque caedem.* Vgl. de or. II. 53, 215: *omnium rerum in contrarias partis facultas.*

61. 258. *Roscium:* 28, 130.

fastidiis adhaerescere. Unserer Anschauung würde vielmehr entsprechen: *eis fastidia adhaerescere*: dass sich daran die mäkelnde Tadelsucht hefte. Vgl. III. 10, 37: *non omnia, quae proponentur a me, ad omnium vestrum studium — adhaerescerent.* Der Plural bezeichnet die Vielheit der möglichen Fälle.

quod ego cet., neml. *utrum recta an prava sint.*

fastidiose, wie 26, 118. Diese Stelle steht mit 27, 124 nur scheinbar in Widerspruch, weil es sich dort um den Ausdruck und die Darstellung, hier um die Stimme handelt.

259. *Aesopus*, ein Freund Cicero's und von ihm oft erwähnt, war im tragischen Spiel ebenso ausgezeichnet als Roscius in der Comödie.

atque imminuitur aliquid de voluptate: in eloquenti autem multa sunt quae teneant, quae si omnia summa non sunt et pleraque tamen magna sunt, necesse est ea ipsa, quae sunt, mirabilia videri.

Ergo, ut ad primum illud revertar, sit orator nobis is, 260.
qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere. Is autem concludatur in ea, quae sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint ampla atque praeclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctis et dies urgeatur; imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae diligentia industriaque superaret; cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut
nemo planius esse locutus putaretur; deinde cum spiritus eius 261.
esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est adsecutus, ut una continuatione verborum, id quod eius scripta declarant, binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur; qui etiam, ut memoriae proditum est, coniectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare

---

imminuitur de voluptate = *imminuendo demitur* od. *detrahitur;* vgl. z. 3, 11: *comparare.*

si omnia, wie 14, 63.

260. *descripsit*: 31, 137 ff.

noctis et dies. So auch Brut. 90, 308; Tusc. disp. V. 25, 70; *noctis diesque*: act. I in Verr. 17, 52 u. act. II in Verr. V. 43, 112. Dagegen umgekehrt *dies et noctis* unten III. 23, 87, *diem noctemque* II. 39, 162, *dies noctisque* p. Deiot. 13, 38.

Demosthenes, geb. 384 v. Chr., gest. 322, bekannt als das Haupt der athenischen Patriotenpartei im Kampfe gegen Philipp und Alexander von Macedonien und als der grösste Redner des Alterthums.

in quo s. z. 17, 79: *in nobis.*

primum gehört richtiger hinter *cumque*, da auch auf *deinde* nur die Angabe eines Naturfehlers folgt.

perfecit. Vgl. de div. II. 46, 96: *Demosthenem scribit Phalereus, cum RHO dicere nequiret, exercitatione fecisse* (*effecisse?*) *ut planissume diceret.*

261. *continuatio* oder *comprehensio verborum* ist der Ausdruck für 'Periode'.

contentiones — *remissiones:* Hebungen — Senkungen.

qui etiam, steigernd, weil im Folgenden ein noch auffallenderer Versuch erwähnt wird.

neque is, wie *atque is* im affirmativen Satze, wenn zu einem Begriff noch eine ergänzende Bestimmung hinzugefügt wird.

consuescebat; neque is consistens in loco, sed inambulans
262. atque ascensu ingrediens arduo. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos iuvenes vehementer adsentior; cetera, quae collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror.

62. Haec cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem videretur
263. accedere. Tum Crassus: Operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis atque haud scio an aliter sentias et utare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine, qua tibi nemo umquam praestitit; cuius quidem ipsius facultatis exercitatio oratorum propria est, sed iam in philosophorum consuetudine versatur maximeque eorum, qui de omni re proposita in
264. utramque partem solent copiosissime dicere. Verum ego non solum arbitrabar, his praesertim audientibus, a me informari oportere qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis neque quicquam amplius adferret, quam quod causarum necessitas postularet; sed maius quiddam videbam, cum censebam oratorem, praesertim in nostra re publica, nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis expones ea, quae abs te de officiis praeceptisque oratoris quaesita sunt; sed opinor secundum hunc diem. Satis
265. enim multa a nobis hodie dicta sunt. Nunc et Scaevola,

---

in loco, d. h. an welchem er sich grade befand.

ascensu: Anhöhe; es ist der Abl. der Richtung.

62. 263. *operarium*, mit Bezug auf §. 260: *in hoc uno opere — urgeatur*; vgl. 17, 83.

ad refellendum, von *mirifica* abhängig gemacht, s. z. 4, 15: *opes* und 28, 129.

iam in philosophorum consuetudine, nach der von Crassus auch III. 15, 57 ff. geäusserten Vorstellung, dass die Beredsamkeit ursprünglich alle Wissenschaften umfasst habe und die Trennung derselben erst in Sokrates' Geist bewirkt worden sei; vgl. auch oben 6, 22.

maximeque eorum: der Akademiker, s. z. 18, 84: *adversari*.

264. *habitaret in subselliis*, vgl. z. 38, 173: *haerere*, und II. 38, 160: *illi — habitabant in hac una ratione tractanda*.

videbam = *spectabam:* hatte im Auge.

circumdedisti, wofür auch *circumscripsisti* gesagt wird, vgl. 16, 70: *nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum*.

praeceptisque oratoris, vgl. Acad. I. 2, 5: *nos autem praeceptis dialecticorum et oratorum* (für die Dialektiker und Redner) *etiam, quoniam utramque vim unam esse nostri putant, sic parentes, ut legibus, verbis quoque novis cogimur uti.* Die Verbindung von *oratoris* mit *officiis praeceptisque* ist zeugmatisch.

quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum requiescet, dum se calor frangat, et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Placuit sic omnibus. Tum Scaevola: Sene, inquit, vellem non constituissem in Tusculanum me hodie venturum esse L. Aelio. Libenter audirem Antonium. Et, cum exsurgeret, simul adridens: Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius nostrum civile pervelit, quam iucundus, quod se id nescire confessus est.

---

265. *quoniam in Tusculanum ire constituit.* Vgl. ad Att. IV. 16, 3: *multo ego magis hoc mihi cavendum putavi* (*i. e. ne hominem id aetatis in tam longo sermone diutius retinerem*) *in scaevola, qui et aetate et valetudine erat ea, qua eum esse meministi; et iis iis honoribus, ut vix satis decorum videretur eum pluris dies esse in Crassi Tusculano.* Auch sollte durch den Abgang des Scävola das Auftreten des C. Julius Cäsar Strabo im 2. Buch motivirt werden, welcher von ihm die Mittheilung über die im Tusculanum des Crassus stattfindende Unterredung erhielt.

constituissem me venturum L. Aelio. Vgl. die z. 58, 20: *in rem praesentem* citirte Stelle de off. I. 10, 32. Älius ist der zu 42, 193 erwähnte Alterthumsforscher.

quod se id nescire confessus est. Damit gibt Scävola zuletzt noch in scherzhafter Weise zu verstehen, welchen Werth die ganze Auseinandersetzung des Antonius über das *ius civile* in seinen Augen habe.

KRITISCHER ANHANG,

enthaltend die Abweichungen von dem Texte Kaysers (*K*) und Piderits (*P*). Mit *S* werden die eigenen, auf Conjectur beruhenden oder aus den Handschriften entlehnten Lesarten bezeichnet. Der Buchstabe ε bedeutet die von Halm verglichene Erlanger, γ die von mir verglichene Wolfenbütteler Handschrift. Mit beiden stimmen in der Regel die übrigen *codd. mutili* überein, d. i. Lg. 2, 4, 13, 32, 36.

2, 5. *vix sunt hac aetate digna S* — *vix hac aetate digna sunt P*, *vix hac * aetate digna K*. Ich habe *sunt* als den gemeinsamen Begriff gleich am Anfang hinter *vix* eingeschoben, wo es, wie ich meine, in der abgekürzten Form (ŝ) am leichtesten ausfallen konnte, wenn es nicht etwa hinter *usu* gestanden hat.

2, 6. *in summos* — [*in*] *summos K* nach ε und einigen geringeren Hdschr.; aber in ε ist es erst von späterer Hand getilgt.

2, 7. *scientiam* — *excellentiam* ganz ohne Noth *V*.

2, 8. *ne qui S* nach ε und einigen anderen Hdschr. — *ne quis KP*. *versantur* mit *K* nach γ und Vict. — *versentur P* nach der Vulg. Es lag näher, die in dem Relativsatz enthaltene Bestimmung als die Umschreibung von etwas Thatsächlichem hinzustellen, als sie in die durch den Acc. c. Inf. ausgedrückte Vorstellung hineinzuziehen.

3, 9. *scientiae pervestigatione* nach den Hdschr. — *scientia et pervestigatione P* nach Schütz.

3, 11. *liberalissimis studiis* mit *K* nach ε und anderen Hdschr. — *studiis liberalissimis P*.

Atque — *atqui P*. in der vierten Aufl., was sehr ansprechend und wahrscheinlich ist; vgl. Fleckeisen, kritische Miscellen, p. 23 ff. Im Folgenden hat *K in* vor *hoc ipso numero* und *quam poëtae* eingeklammert.

3, 12. *e reconditis S* — *reconditis K P* nach den Hdschr.

4, 13. *aut praemiis* — *ac praemiis P*.

Atque ut omittam nach den Hdschr. — *Namque ut om. P*, [*atque*] *ut om. K*.

5, 18. *Tenenda praeterea est* — *T. pr.* [*est*] *P*.

cogitatisque — *conlocatisque K*.

5, 19. *eis* — *eis se K*.

se id — eingekl. von *K* nach ε und einigen andern.

6, 20. *quae, nisi est ab oratore res percepta et cognita S* — in den Hdschr.: *quae nisi sit* (od. *sint*) *ab oratore perfecta et cognita* (ohne *res*); *K* klammert den ganzen Satz von *quae nisi* an bis *puerilem* ein; *P* mit Aldus nach §. 50: *cui nisi subest res, ab oratore perc. cet.*

6, 21. *polliceri videtur* nach ε und anderen Hdschr. *S* — *videatur K P;* letzteres ist in Folge der verderbten Lesart *quamvis* statt *quamquam vis* im Vorhergehenden entstanden.

6, 23. *non quo* nach ε u. and. Hdschr. *S* — *non quod K P.*

6, 25. *qui tum tribun.* — *qui* [*tum*] *trib. K.*

7, 28. *et in ambulationem ventum esset* [*dicebat*], *tum* — *et in . . . esset* [*dicebat tum*] *K, in amb. ventum esse dicebat*: *tum P*; in ε u. and. Hdschr. steht: *et in amb. ventum esset dicebat.*

7, 29. *consedisse dicebat* — *consed.* [*dicebat*] *K* nach Müller.

8, 32. *provocare improbos* — *provocare* † *integros K.* Wie das nothwendige *improbos* in das von ε u. and. Hdschr. dargebotene *integros* verderbt worden ist, wird schwerlich überzeugend nachgewiesen werden können.

9, 38. *Atque is* — *atqui is K* mit Rücksicht auf ε, in welchem *adquis* steht, und einige geriegere Hdschr. Aber weder diese Spuren der Ueberlieferung noch der Gedankenzusammenhang scheinen eine Abweichung von der Vulgata zu rechtfertigen. *eloquentia* — eingekl. *K.*

10, 42. *ceterique sua in iure physici vindicarent* mit *K* — *ceterique in iure vindicarent physici P.* Weder ist die Auslassung von *sua* durch den nachfolgenden Relativsatz *quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret* gerechtfertigt, wenngleich durch denselben die Vorstellung von der widerrechtlichen Anmassung eines fremden Besitzes von Seiten des Crassus wieder aufgenommen und weiter ausgeführt wird, noch auch die Stellung des Subjects *physici* zwischen *in iure* und *vindicarent* anstössig oder gar unerträglich. Das handschr. *in suo*, wozu in einigen codd. noch der Zusatz *genere* hinzugefügt ist, konnte leicht entstehen, nachdem *sua in iure* in *suo in iure* geändert worden und *iure* ausgefallen war; *vindicarentque* endlich, welches sich in vielen, aber nicht den besten Hdschr. statt *vindicarent* findet, ist nur Correctur eines Abschreibers. Die auf S. 35 stehende Anmerkung über *vindicarent* ist zu streichen.

11, 45. *ut ferebatur* nach εγ u. den meisten Lg. — *ut ferebant K P.*

11, 47. *et eloquentissimo* — von *K* nach Matthiä u. a. eingeklammert. [*in*] *oratoribus* mit *K* — ohne Kl. *P.* Die Präposition fehlt in ε.

11, 48. *aut in iudiciis* nach εγ u. a. Hdschr. — *in et iud. K P.*

morum nach εγ u. a. Hdschr. — *moris K.*

percepta sunt S nach εγ u. den meisten Lg. — *percepta sint K P.*

12, 49. *eloquentes* nach den Hdschr. — *intellegentes K.*

sint eae res mit *K* nach ε u. a. Hdschr. — *sint hae res P.*

12, 53, *quae, nisi qui* — *qua re, nisi qui K* nach Passeratius u. a. *quod volet* — *quoad volet P.* Die Verbindung von *quoad*, wenn es den Grad bezeichnet, mit *velle* scheint bei Cic. ebenso unerhört zu sein, als sie mit *posse* mit oder ohne *facere* (*fieri*) gewöhnlich ist.

13, 55. *isti* — *ipsi K.*

13. 56. *de communi* [*civium, de*] *hominum* [*de gentium*] *iure S* nach dem Vorgange Piderits, welcher richtig erkannt hat, dass das Civilrecht hier nicht erwähnt werden konnte, und daher *de communi gentium iure* geschrieben hat. Es ist mir aber wahrscheinlicher, dass *de communi hominum iure* durch *de gentium iure* erklärt worden ist, als umgekehrt; ein späterer Abschreiber mag geglaubt haben die Randbemerkung *de gentium* durch *de civium* vervollständigen zu müssen, worauf beide Interpolationen in den Text gekommen sind.

propria — von *K* eingeklammert

13, 57. *de his rebus* — *de his rebus omnibus* *K* nach einigen geringeren Hdschr.

iucunditate et gravitate mit *K* nach ε u. a. Hdschr. — *grav. et iuc.* *P.*

[*tum*] mit *K* nach εγ u. a. Hdschr. — ohne Kl. *P.*

nunc aedilis curulis est et — eingekl. *K* nach Cobet.

13. 58. *de conventis* *S* — [*tuendis*] *P K.* Da offenbar zwei Paare zusammengehörender Glieder folgen, so ist es sehr wahrscheinlich, dass *tue dis* aus einem mit *de legibus* zusammenzufassenden Begriffe entstanden ist; *de* ¯*uentis* aber konnte nach dem Ausfall von *de* leicht in *tuendis* verderbt werden.

13, 59. *numquam enim* mit *P* nach ε u. a. Hdschr. — *nec enim* *K.*

quasdam partis mit *K* nach ε u. a. Hdschr. — *qu. artis* *P.*

14, 59. *atque adsumendum* nach *P* — [*atque sumendum*] *K.*

14, 62. [*tum eloquentia vincebat ceteros medicos*] *S.* Dies ist die Lesart von εγ, während in fast allen anderen Hdschr. *cum eloqu.* — *medicos* steht, was *K* aufgenommen hat. Aber weder gibt *cum*, in welcher Bedeutung es auch genommen werden mag, irgend einen vernünftigen Sinn, noch ist der durch Piderits Aenderung: *qui tum eloqu.* — *ceteros* entstehende Zusatz mit Rücksicht auf das unmittelbar Folgende nothwendig oder auch nur erträglich, ganz abgesehen davon, dass mit *tum* auf einen Zeitpunkt hingewiesen würde, der vorher durch nichts bezeichnet worden ist. Ich kann daher nur das Ganze nur als eine höchst müssige und ungereimte Bemerkung eines Abschreibers ansehen.

15, 65. *atque usu forensi* nach εγ u. d. meisten anderen Hdschr. — *atque in usu f.* *K P.*

in quaeque re nach εγ u. fast allen Hdschr. — *in una quaeque re* *K.* Vgl. I. 2, 6; 59, 252.

oratorem — eingekl. *K.* Die wiederholte Bezeichnung dieses Begriffs ist durch den Gegensatz zu *ipsos illos* völlig gerechtfertigt.

15, 66. *teque* — *atque* *K.* Aber die handschriftl. Lesart *te* weist mehr auf die von mir aufgenommene Vulgata hin.

16, 71. *Nam quod illud, Scaevola* — *debere:* mit Bake nach Madvig — *Nam illud qua re, Sc.* — *debere?* *K. P.* Jedoch wird *qua re* von Cic. sonst nur in indirecter Frage gebraucht, und das handschriftl. *namq. illud Sc.* spricht vielmehr für jene Lesart, da *qua re* leicht von einem Abschreiber hinzugefügt werden konnte, nachdem *quod* ausgefallen war.

16, 72. *saepe dicere* — *K* setzt vor *dicere* ein Zeichen der Corruptel (*).

17, 75. *philosophiam atque* — *philosophiamque* *P*, [*philosophiam*] *atque* *K.* Wäre eine Emendation dieser Stelle nothwendig, so würde immer noch die Annahme des Emblems am einfachsten sein.

63. *rerum ratio*: die Eigenthümlichkeit des (historischen) Stoffes; vgl. 11, 47.

in rebus magnis cet. kurz für: *cum res magnae — explicentur;* ebenso unten *in rebus gestis*. Vgl. 7, 30: *in eius modi re.*

casus cet., erklärende Genitive, = *causae*, *quae positae sunt vel in casu vel in sap.* cet.; vgl. III. 39, 158: *quo significatur magis res tota sive facti alicuius sive consilii.*

de cuiusque vita, nemlich *exponatur*, was aus dem Vorhergehenden zu ergänzen ist. Die Aenderung der Construction ist wohl durch die Voranstellung des Relativsatzes veranlasst.

64. In *fusum* liegt der Begriff des Mühelosen, *in tractum* der des behaglichen Sichgehenlassens: leicht hinfliessend und sich breit ergehend.

sine, vgl. zu 14, 58: *ab Aristotele*, unten § 65: *sine tempore*, und Tusc. disp. II. 3, 7: *lectionem sine ulla delectatione neglego*; ebds. I. 22, 51: *Haec reputent isti, qui negant animum sine corpore se intellegere posse.*

forensibus aculeis persequendum est. Harum tot tantarumque rerum videtisne nulla esse praecepta, quae in artibus rhetorum reperiantur?

In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt, cohortationes, consolationes, praecepta, admonita; quae tractanda sunt omnia disertissime, sed locum suum in his arti-
65. bus, quae traditae sunt, habent nullum. Atque in hoc genere illa quoque est infinita silva, quod oratori plerique, ut etiam Crassus ostendit, duo genera ad dicendum dederunt: unum de certa definitaque causa, quales sunt, quae in litibus, quae in deliberationibus versantur; addat, si quis volet, etiam laudationes; alterum, quod appellant omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam generis sine tempore et sine persona quaestionem. Hoc quid et quantum sit, cum dicunt, intellegere
66. mihi non videntur. Si enim est oratoris, quaecumque res infinite posita sit, de ea posse dicere, dicendum erit ei, quanta sit solis magnitudo, quae forma terrae; de mathematicis, de

aculeis, entgegengesetzt der Ruhe und Gelassenheit (*lenitas*) der historischen Darstellung, vgl. or. 19, 62: *horum* (der Philosophen) *oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forensis habet.* Dem Sinne würde übrigens mehr entsprechen: *forensium sententiarum aculeis;* aber diese Hypallage findet sich oft, z. B. p. Mur. 4, 8: *honoris eius, quem adeptus est, amplitudo summam mihi superbiae crudelitatisque famam inussisset* cet.

nulla esse praecepta, quae — reperiantur = *nulla praec. reperiri*; denn *videtisne* ist hier so viel als *nonne videtis* (*intellegitis*)? Vgl. de imp. Cn. Pomp. 10, 28: *varia et diversa genera et bellorum et hostium — nullam rem esse declarant in usu positam militari, quae huius viri scientiam fugere possit*; unten § 66: *nullum — exceptum.*

artibus: Lehrgebäude, Systeme. Im Folgenden ist *admonita* ein ἅπ. λεγ. statt *admonitiones* und durch das vorhergehende *praecepta* veranlasst.

65. *silva*, eig. Baumaterial, dann überhaupt: Stoff. Vgl. III. 24, 93: *rerum est silva magna* u. o. Die Darstellung leidet übrigens hier an Nachlässigkeit und Unklarheit, weil ein untergeordneter Bestandtheil der ganzen Gedankenreihe, welcher höchstens beiläufig zu erwähnen war, sich vorgedrängt hat und an die Stelle des übergeordneten Gedankens getreten ist, wodurch eine Verschiebung des ganzen Satzgefüges entstanden ist. Eine ähnliche Ungenauigkeit findet sich auch sonst bisweilen, wie z. B. 18, 82; 26, 118. Logisch richtiger würde es hier heissen: *in hoc genere, sc. rerum earum, quibus in artibus illis locus nullus est, illa quoque est infinita* (d. i. *immensa*) *silva, quae duorum generum oratori ad dicendum datorum alteri subiecta est, infinitarum generis . . . quaestionum.*

Crassus ostendit: I. 31, 138 ff.

ad dicendum: für den rednerischen Vortrag, = *quibus in dicendo uterentur;* vgl. p. Rosc. A. 21, 58: *quid mihi ad defendendum dedisti?*

certa, s. z. 10, 41: *infinitum.*

generis: eines allgemeinen Gegenstandes. Ueber *infinitam* vgl. § 64 zu *aculeis*. Wie dort wird auch hier durch den präpositionellen Zusatz der vorher genannte Begriff nur genauer erläutert.

musicis rebus non poterit quin dicat hoc onere suscepto recusare. Denique ei, qui profitetur esse suum non solum de eis controversiis, quae temporibus et personis notatae sunt, hoc est, de omnibus forensibus, sed etiam de generum infinitis quaestionibus dicere, nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum. Sed si illam quoque partem quaestionum ora- **16.** 67.
tori volumus adiungere vagam et liberam et late patentem, ut de rebus bonis aut malis, expetendis aut fugiendis, honestis aut turpibus, utilibus aut inutilibus, de virtute, de iustitia, de continentia, de prudentia, de magnitudine animi, de liberalitate, de pietate, de amicitia, de officio, de fide, de ceteris virtutibus contrariisque vitiis dicendum oratori putemus; itemque de re publica, de imperio, de re militari, de disciplina civitatis, de hominum moribus, adsumamus eam quoque partem, sed ita, ut sit circumscripta modicis regionibus. Equidem omnia, quae 68.
pertinent ad usum civium, morem hominum, quae versantur in consuetudine vitae, in ratione rei publicae, in hac societate civili, in sensu hominis communi, in natura, in moribus, com-

---

66. *onere.* Vgl. I. 25, 116: *Magnum quoddam est onus atque munus suscipere atque profiteri se esse — unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum.*

temp. et pers. notatae. Derselbe Ausdruck findet sich de part. orat. 18, 61 und 30, 106; vgl. de or. I. 31, 138: *esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione sine designatione personarum et temporum aut de re certis in personis ac temporibus locata.*

de generum infinitis quaestionibus, s. z. § 64: *aculeis.*

16. 67. *liberam* = *nullis terminis saeptam.* Gemeint sind hier die Fragen der Ethik, wie im vorhergehenden Paragraphen die der Physik.

disciplina civitatis oder *civilis disciplinae ratio* (*ratio rei publ.* § 68): Staatsverfassung.

adsumamus. Dieser concessive Conj. nach einem condicionalen Vordersatze steht immer an der ersten Stelle des Nachsatzes; in der Regel aber wird, wie hier, die Einräumung mit einer Beschränkung gemacht; vgl. I, 11, 49 und p. Mil. 5, 12: *Quae quidem si potentia est appellanda potius —, appelletur ita sane, dum modo ea nos utamur pro salute bonorum.*

regionibus: eigentlich die gerichtete Linie oder Bahn, hier 'Grenzlinien', wie häufig, z. B. p. Arch. p. 10, 23: *si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur,* ebds. 11, 29; öfters mit *termini* oder *orae* verbunden, wie in Cat. IV. 10, 21; p. Sest. 61, 129. Zur Erklärung von *regio* dient Varro de ling. Lat. V, § 31: *ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic caeli regionibus terra in Asiam et Europam. Asia enim iacet ad meridiem et austrum, Europa ad septem triones et aquilonem.*

68. *pertinent,* hier: in Beziehung steht, vgl. zu 2, 6; *morem:* Herkommen, nicht wesentlich von *usum* 'Brauch' verschieden, daher ohne Präposition, s. z. 2, 7: *a silentio;* anders I. 3, 12: *dicendi omnis ratio — communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur.*

in sensu hom. communi, vgl. I. 4, 13: *a consuetudine communis sensus*

prehendenda esse oratori puto; si minus, ut separatim de his rebus philosophorum more respondeat, at certe, ut in causa prudenter possit intexere; hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, uti ei, qui iura, qui leges, qui civitates constituerunt, locuti sunt, simpliciter et splendide, sine ulla serie disputationum
69. et sine ieiuna concertatione verborum. Hoc loco ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me praecepta ponentur, sic statuo: ut in ceteris artibus, cum tradita sint cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora aut similia sint, tradi non necesse esse; ut in pictura, qui hominis unius speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae vel aetatis, etiamsi non didicerit, pingere neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit — neque est omnino ars ulla, in qua omnia, quae illa arte effici possint, a doctore tradantur, sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt, reliqua [non incommode] per se adsequuntur —,
70. similiter arbitror in hac sive ratione sive exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentis, qui aut de re publica aut de ipsius rebus aut de iis, contra quos aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere possit, illum de toto illo genere reliquarum orationum non plus quaesiturum esse quid dicat, quam Polyclitum illum, cum Herculem fingebat, quem ad modum pellem

---

abhorrere: 21, 94: *ex communi quadam opinione hominum dicere;* de off. II. 10, 35: *cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio;* de or. III. 29, 115: *quid in communi mente quasi impressum sit:* allgemein menschliche Anschauungsweise.

splendide lebendig, Gegs. zu *ieiuna concert. verb.*, wie *simpliciter* zu *sine u. s. disp.;* Brut. 75, 261: *Splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet.*

serie, wie I. 3, 10: *obscuritate,* adjectivisch wiederzugeben: ohne lang ausgesponnene Discussionen.

69. *admiratio,* vgl. 3, 12 zu *admirati.*

ut in ceteris art. Ueber die Construction s. z. 14, 60: *fieri.*

primarum: der vorzüglichsten; vgl. 55, 224: *cum primis.*

genera: allgemeine Typen, Urbilder, wie z. B. die feststehende Gestalt des Hercules als Typus für einen kräftigen Mann überhaupt.

per se, vgl. 88, 360, d. h. ohne es besonders gelernt zu haben.

70. *sive — sive:* soll ich sagen — oder, vgl. 7, 29: *sive artificium sive studium dicendi.* So auch *vel — vel*, wie Tusc. disp. I. 2, 3: *Sero igitur a nostris poëtae vel cogniti vel recepti.*

cum aliqua stat. pot., wie 17, 72: *qui rei dominus futurus sit.*

quaesiturum: ängstlich suchen, in Verlegenheit sein.

Polyclitus von Sicyon war einer der berühmtesten Bildhauer aus der pericleischen Zeit. Ausser dem Hercules rührten von ihm noch der

aut hydram fingeret, etiamsi haec numquam separatim facere didicisset.

Tum Catulus: Praeclare mihi videris, Antoni, posuisse, inquit, ante oculos quid discere oporteret eum, qui orator esset futurus, quid, etiamsi non didicisset, ex eo, quod didicisset, adsumeret. Deduxisti enim totum hominem in duo genera solum causarum, cetera innumerabilia exercitationi et similitudini reliquisti. Sed videto ne in istis duobus generibus hydra tibi sit et pellis, Hercules autem et alia opera maiora ne in illis rebus, quas praetermittis, relinquantur. Non enim mihi minus operis videtur de universis generibus rerum quam de singulorum causis ac multo etiam maius de natura deorum quam de hominum litibus dicere. Non est ita, inquit Antonius. Dicam enim tibi, Catule, non tam doctus quam, id quod est maius, expertus. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti neque inexercitato neque communium litterarum et politioris humanitatis experti; in causarum contentionibus magnum est quoddam opus atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum; in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu et victoria iudicatur; ubi adest armatus adversarius, qui sit et feriendus et repellendus; ubi saepe is, qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus aut etiam amicus adversario et inimicus tibi est; cum aut docendus is est aut dedocendus aut reprimendus aut incitandus aut omni ratione ad tempus, ad causam oratione mo- **17.** 71. 72.

Doryphoros, ausgezeichnet durch die Ebenmässigkeit seiner Formen (τὸ ἔμμετρον), und der Diadumenos, von mehr weichen Formen, her.

17. 71. *inquit.* Vgl. z. 4, 16: Tum ille.

deduxisti cet., d. h. du hast die ganze Aufgabe des Redners auf die Beherrschung von zwei Gebieten beschränkt.

similitudini: der Anwendung der Analogie, dem analogischen Verfahren; ähnlich steht *discrimen* in der Bedeutung die Unterscheidungsgabe; p. Planc. 4, 9: *non est enim consilium in volgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.*

videto, eine nachdrücklichere Warnung als das gewöhnlichere *vide ne.* Vgl. div. in Q. Caec. 4, 13: *videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare.*

de natura deorum verräth den Kenner der griechischen Philosophie, weshalb § 72 *doctus.*

72. *communium litt. et polit. hum.*: die Bezeichnung für 'allgemeinere Bildung', im Gegensatz zur wissenschaftlichen: *doctrina* oder *interiores et reconditae litterae.*

haud sciam, wie oben 4, 18.

dedocendus: von seiner vorgefassten Meinung abgebracht werden.

aut vor *omni ratione* zum Allgemeinen aufsteigend: oder überhaupt.

derandus; in quo saepe benevolentia ad odium, odium autem ad benevolentiam deducendum est; aut tamquam machinatione aliqua tum ad severitatem tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam tum ad laetitiam est contorquendus; omnium sententiarum
73. gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum; accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. In his operibus si quis illam artem comprehenderit, ut tamquam Phidias Minervae signum efficere possit, non sane quem ad modum, ut in clipeo idem artifex, minora illa opera facere discat laborabit.

18. 74. Tum Catulus: Quo ista maiora ac mirabiliora fecisti, eo me maior exspectatio tenet quibusnam rationibus quibusque praeceptis ea tanta vis comparetur; non quo mea quidem iam intersit — neque enim aetas id mea desiderat et aliud genus quoddam dicendi nos secuti sumus, qui numquam sententias

---

Sehr häufig steht im letzten Gliede *aliquis* hinter *aut*, wie Tusc. disp. I. 30, 74: *a magistratu aut ab aliqua potestate legitima* u. o.

ad causam moder.: in eine der vertretenen Sache günstige Stimmung versetzt werden.

in quo, auf *moderandus* zu beziehen: wobei; vgl. ad Att. III. 23, 1.

contorquendus für *flectendus*, durch *machinatione* veranlasst.

73. *vehemens*, wie 13, 58.

animi: Feuer, *spiritus*: Zuversicht, Selbstbewusstsein (im Nom. und Acc. kommt dies Wort in übertragener Bedeutung bei Cic. nur im Plur. vor), *veritatis*: Naturwahrheit; vgl. 8, 34: *suscipienda veritate.*

In his operibus, sc. *versatus*, d. i. *in feriendo et repellendo*, *docendo et dedocendo*, *reprimendo et incitando cet.*; *illam artem*, d. i. das durch das folgende Bild bezeichnete *primae rei genus* (16, 69) oder die gerichtliche Beredsamkeit, *minora illa opera* die übrigen Arten derselben.

non sane. Diese versichernde Partikel findet sich öfters an der Spitze des negativen Nachsatzes nach einem Vordersatze mit condicionalem Sinn; so ad fam. XIII. 1, 1: *Nam quod* (= *si quid*) *est molestiae, non sane multo levius est*, *cum te video;* Tusc. disp. III. 1, 2: *Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri — possemus, haud erat sane, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret.*

in clipeo. Von dem zu den Füssen des Standbildes stehenden Schilde stellte die innere Seite einen Kampf der Götter und Giganten, die äussere eine Amazonenschlacht in ciselirter Arbeit dar. Auf letzterer hatte auch Phidias sein eigenes Bild und das des Pericles angebracht. Zu *idem artifex* ergänzt sich leicht *fecit.*

Zu *laborabit* mit abhängigem Fragesatz vgl. p. Flacc. 4, 10: *numquam laborant quem ad modum probent quod dicunt*, *sed quem ad modum se explicent dicendo*, u. a.

18. 74. *ista*: die Aufgaben und Leistungen des Redners vor Gericht.

quibusnam rationibus cet. kurz für: welches die Regeln und Gesetze sind, d u r c h d e r e n B e f o l g u n g u. s. w.

id mea. Cic. stellt gern die Pron. zusammen, so zwar, dass zugleich zwei zusammengehörige Begriffe (hier *aetas mea*) getrennt werden. S. z. 41, 141.

de manibus iudicum vi quadam orationis extorsimus ac potius placatis eorum animis tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus — sed tamen ista tua nullum ad usum meum, tantum cognoscendi studio adductus requiro. Nec mihi opus est 75.
Graeco aliquo doctore, qui mihi pervolgata praecepta decantet, cum ipse numquam forum, numquam ullum iudicium aspexerit; ut Peripateticus ille dicitur Phormio, cum Hannibal Karthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul proque eo, quod eius nomen erat magna apud omnis gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret; cumque is se non nolle dixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio et de re militari. Tum, cum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret. His Poenus non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur, multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque mehercule iniuria. Quid enim aut adrogantius aut lo- 76.
quacius fieri potuit quam Hannibali, qui tot annis de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Graecum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique minimam partem ullius publici muneris

---

ac potius oder *ac* allein ist nach einer Negation statt einer Adversativpartikel nicht selten. Vgl. 41, 177.

tantum, quantum: nur so viel als, wie oft; *ista tua*: deine Ansichten darüber, *quibusnam rationibus — comparetur*.

75. *decantet*, derselbe Tropus wie I. 23, 105: *non Graeci alicuius loquacitatem sine usu neque ex scholis cantilenam requirunt*.

Phormio, vgl. Stob. Flor. tit. 54 (52): *Ἀννίβας, ἀκούσας Στωικοῦ τινος ἐπιχειροῦντος ὅτι ὁ σοφὸς μόνος στρατηγικός ἐστιν, ἐγέλασε, νομίζων ἀδύνατον εἶναι ἐκτὸς τῆς δι' ἔργων ἐμπειρίας τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην σχεῖν*.

is, natürlich Hannibal, was auch in dem vorhergehenden, mit *cum* beginnenden Satze Subject ist; *non nolle* stärker als *velle*: dass er gern bereit sei.

dicitur homo copiosus, trotz des vorhergehenden *dicitur Phormio* wegen des längeren Zwischensatzes gesetzt.

non optime: unser 'zwar' wird vor *sed* in der Regel von Cic. nicht ausgedrückt.

multos — saepe. Adjectivische und adverbielle Quantitätsbestimmungen werden gern verbunden, in der Regel aber unmittelbar neben einander gestellt, namentlich *multus* und *saepe*.

76. *tot annis*: der Abl. der Zeit, welche auf etwas verwendet wird, wie de deor. n. II. 20, 52: *nam ea, quae Saturni stella dicitur, triginta fere annis cursum suum conficit*.

numquam ullius, wegen der Anaphora des *numquam* statt des häufigeren

attigisset, praecepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi praecipiunt, videntur; quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros. Sed hoc minus fortasse errant, quod non te, ut Hannibalem, sed pueros aut adulescentulos docere conantur.

19. 77. Erras, Catule, inquit Antonius. Nam egomet in multos iam Phormiones incidi. Quis enim est istorum Graecorum qui quemquam nostrum quicquam intellegere arbitretur? Ac mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnis perpetior et perfero. Nam aut aliquid adferunt, quod mihi non displiceat, aut efficiunt, ut me non didicisse minus poeniteat. Dimitto autem eos non tam contumeliose quam philosophum illum Hannibal, et eo fortasse plus habeo etiam negotii. Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula.
78. Dividunt enim totam rem in duas partis, in causae controversiam et in quaestionis. Causam appellant rem positam in disceptatione reorum et controversia; quaestionem autem rem positam in infinita dubitatione. De causa praecepta dant; de
79. altera parte dicendi mirum silentium est. Deinde quinque faciunt quasi membra eloquentiae, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare,

---

nullius umquam, wie *nemo*, *nihil umquam*, *usquam* u. a.; *hoc minus*, wie § 77 *eo*: darum.

ut Hannibalem. Das Subject *ille* scheint hinter *Hannibalem* ausgefallen zu sein.

19. 77. *Ac* führt, wie § 79, zu einem neuen Theile über, hier zu dem Urtheil des Antonius über solche Leute: übrigens.

perpetior cet. In der Präp. *per* liegt der Begriff des geduldigen Ausharrens: ich ertrage und höre mir gern alle geduldig an.

me nur einmal gesetzt, weil zu dem regierenden Verbum (*poenitaet*) und zu dem abhängigen (*didicisse*) dasselbe Pron. gehört. Vgl. Tusc. disp. I. 25, 60: *nec me pudet, ut istos, fateri nescire quod nesciam;* oben zu § 45: *posse.*

didicisse, absolut, wie 1, 4.

78. *in causae contr. et in qu.*: in die Streitrede über einen concreten Fall (Rechtsfall), ὑπόθεσις, und über eine allgemeine (wissenschaftliche) Frage, θέσις; *controversia* hat bei Cic. immer nur die allgemeine Bedeutung von *dubitatio* oder *contentio*, und erst von Seneca an die einer gerichtlichen *causa*, und zwar einer *ficta.*

reorum: von Betheiligten oder rechtenden Parteien, vgl. 43, 183. Gemeint ist hier sowohl das *genus deliberativum* als auch das *iudiciale*, ohne dass beide Theile durch *disceptatione* und *controversia* besonders unterschieden wären, weil vor *controversia* die Präpos. fehlt. Vgl. unten 26, 113; 72, 291.

infinita dubitatione, etwa: Erwägung theoretischer Art, oder: allgemein wissenschaftliche Untersuchung, vgl. z. 10, 41.

tum ad extremum agere ac pronuntiare; rem sane non reconditam. Quis enim hoc non sua sponte viderit, neminem posse dicere, nisi et quid diceret et quibus verbis et quo ordine diceret haberet et ea meminisset? Atque haec ego non reprehendo, sed ante oculos posita esse dico, ut eas item quattuor, quinque sexve partis vel etiam septem, quoniam aliter ab aliis digeruntur, in quas est ab his omnis oratio distributa. Iubent 80.
enim exordiri ita, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus et docilem et attentum; deinde rem narrare, *et* ita, ut veri similis narratio sit, ut aperta, ut brevis; post autem dividere causam aut proponere; nostra confirmare argumentis ac rationibus; deinde contraria refutare. Tum autem alii

---

79. *tum ad extremum*, dieselbe Form für das letzte Glied der Aufzählung wie de fin. III. 6, 20: *qua inventa selectione et item reiectione sequitur deinceps cum officio selectio, deinde ea perpetua, tum ad extremum constans consentaneaque naturae*; vgl. de or. I. 20, 90; 31, 142.

rem sane non reconditam, Apposition zu dem ganzen vorhergehenden Satz, welche im Acc. stehen muss, wenn, wie hier, der Wortcomplex, zu welchem sie gehört, als Obj. eines verb. trans. (*faciunt*) aufzufassen ist. Vgl. Tusc. disp. I. 43, 102: *Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem: rem non difficilem.* Sie steht dagegen im Nom., wenn das Prädicat des Satzes, zu welchem sie gehört, ein Intrans. ist.

posse dicere, wofür ohne *posse* der Inf. Fut. *dicturum* stehen würde, vertritt den Conj. Impf. des hypothetischen Hauptsatzes.

Atque, vgl. z. 19, 77: *ac*; *ut eas item* cet.: wie in gleicher Weise auch folgende —.

quattuor ab. Es gab sieben Theile, wenn der *peroratio* eine *digressio* voranging, fünf, wenn die *confirmatio* und *refutatio* in einen Theil zusammengezogen wurde, und vier, wenn ausserdem noch die *propositio* mit der *narratio* vereinigt wurde.

80. *et ita*: und zwar so, denn es kommt hier ebenso darauf an, das *narrare* als den zweiten Theil, als darauf, die Eigenschaften desselben hervorzuheben.

dividere causam. Die *divisio* umfasst sowohl die Aufstellung des streitigen Punktes oder Thema's, die *propositio*, welcher häufig die Bezeichnung des von beiden Parteien zugestandenen Umstandes vorangeht, als auch die Aufzählung der einzelnen Haupttheile: *enumeratio* oder *partitio* im engeren Sinne, welche öfters noch mit einer kurzen Besprechung derselben *expositio* verbunden ist. Nicht selten aber wird auch nur das Thema einfach hingestellt; daher *aut proponere.* Vgl. ad Her. I. 10, 17: *re narrata debemus aperire quid nobis conveniat cum adversariis, quid in controversia sit; — deinde cum hoc fecerimus, distributione uti debemus. Ea dividitur in duas partis: enumerationem et expositionem; enumeratione utemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus*; — *expositio est, cum res, quibus de rebus dicturi sumus, exponimus breviter et absolute.* Ebds. I. 3, 4; Cic. de inv. I. 22, 31; de or. II. 81, 331.

conclusionem orationis et quasi perorationem collocant, alii
iubent, antequam peroretur, ornandi aut augendi causa di-
81. gredi; deinde concludere ac perorare. Ne haec quidem re-
prehendo; sunt enim concinne distributa; sed tamen, id quod
necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. Quae
enim praecepta principiorum et narrationum esse voluerunt,
82. ea in totis orationibus sunt conservanda. Nam ego mihi
benevolum iudicem facilius facere possum, cum sum in cursu
orationis, quam cum omnia sunt inaudita; docilem autem, non
cum polliceor me demonstraturum, sed tum, cum doceo et
explano; attentum vero crebro tota actione excitandis mentibus
83. iudicum, non prima denuntiatione efficere possumus. Iam
vero narrationem quod iubent veri similem esse et apertam
et brevem, recte nos admonent; quod haec narrationis magis
putant esse propria quam totius orationis, valde mihi videntur
errare; omninoque in hoc omnis est error, quod existimant
artificium esse hoc quoddam non dissimile ceterorum, cuius
modi de ipso iure civili hesterno die Crassus componi posse
dicebat: ut genera rerum primum exponerentur, in quo vitium
est, si genus ullum praetermittitur; deinde singulorum partes

---

quasi steht entschuldigend vor *perorationem*, da dies ursprünglich die letzte von mehreren für dieselbe Sache gehaltenen Reden bezeichnet. Vgl. or. 37, 130: *etiamsi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant.*

81. *haec*, natürlich auf das Vorhergehende bezogen, wie § 79: *Atque haec ego non repr.*

concinne: in wohlgeordneter Gliederung oder kunstgerecht; *perite*: sachgemäss, praktisch; *veritatis*, s. z. 8, 31.

conservanda: unverletzt erhalten, d. h. unausgesetzt im Auge behalten. vgl. 54, 221 u. III. 11, 40: *verba sic et casibus et temporibus et genere et numero conservemus, ut ne quid perturbatum ac discrepans aut praeposterum sit;* de fin. II. 31, 99: *summorum officiorum in extremo spiritu conservatio.* Zu *in totis* vgl. 8, 32.

82. *inaudita*, s. z. 24, 101: *incognitas.*

excitandis, nemlich aus der Theilnahmlosigkeit: aufrütteln. Bei *attentum* schwebte dem Schriftsteller wegen der längeren Periode nicht mehr *iudicem*, sondern der allgemeine Begriff eines Zuhörers vor, und daher folgt noch *mentibus iudicum.* So ist auch der Wechsel des Numerus des Subjects und die Wiederholung des Prädicats am Ende der Periode zu erklären. Vgl. 18, 75: *locutus esse dicitur homo copiosus.*

83. *Iam:* ferner, bezeichnet den Uebergang zu einem folgenden Untertheile, während ein Hauptheil durch *nunc* eingeleitet wird.

brevem, s. 80, 326 ff. und vgl. Arist. Rhet. III. 16: *νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησιν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν· δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι ὥςπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν.*

artificium, s. z. 12, 50; *hesterno die*, s. I. 42, 190; *in quo*, s. z. 17, 72.

partes, seltener *species* (or. 4, 16; 33, 117), ist der klassische Aus-

generum, in quo et deesse aliquam partem et superare mendosum est; tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quicquam decet neque redundare. Sed hoc si 20. 84.
in iure civili, si etiam in parvis aut mediocribus rebus doctiores adsequi possunt, non idem sentio tanta hac in re tamque immensa posse fieri. Sin autem qui arbitrantur, deducendi sunt ad eos, qui haec docent: omnia iam explicata et perpolita adsequentur; sunt enim innumerabiles de his rebus libri neque abditi neque obscuri. Sed videant quid velint: ad ludendumne an ad pugnandum arma sint sumpturi. Aliud enim pugna et acies, aliud ludus campusque noster desiderat. Ac tamen ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid; sed animus acer et praesens et acutus idem atque versutus invictos viros efficit [non difficilius arte coniuncta].

---

druck für 'Arten oder Artbegriffe', im Gegensatz zu *genera*: Gattungsbegriffe.

superare, hier = *superesse*, vgl. or. 67, 223: *domus tibi deerat? at habebas; pecunia superabat? at egebas.*

abesse, in dem Sinne von *deesse*, wie I. 11, 48: *quid huic abesse poterit?* II. 25, 108 u. 70, 281: *Quid huic abest* cet.?

20. 84. *mediocribus* ohne *in*, da die Präpos. hinter *aut* ebenso wiederholt werden als wegbleiben kann. Die *parvae aut mediocres res* sind alle der öffentlichen Praxis entrückten Wissenschaften.

tanta hac cet. Wir sagen: in dieser grossen. Cic. aber fährt gern mit der einmal begonnenen demonstrativen Ausdrucksweise fort.

Vor *omnia* durfte nicht *et* stehen, da *deducendi sunt* einem Imperat. gleichkommt; vgl. z. 22, 137: *causa non erit.*

adsequentur hier: antreffen, vorfinden, aus der ursprünglichen Bedeutung 'einholen' herzuleiten und durch das vorhergehende *adsequi possunt* veranlasst.

perpolita: kunstreich durchgeführt, d. h. abgeschlossen, fertig; vgl. 28, 121: *perpoliam atque conficiam*; *obscuri*, wie 24, 100.

ad ludendum. Die rhetorischen Lehrbücher können nur zu schulmässigen Vorübungen Anleitung geben, aber keinen Gewinn für das öffentliche Leben gewähren. Auf dem campus Martius fanden ausser anderen auch die Waffenspiele der römischen Jugend als Vorübungen für den Kriegsdienst statt. Vgl. auch II. 62, 253; 71, 287.

Ac tamen, nie *at tamen* bei Cic., ausser in einer Degradation nach *si minus*, wo es = ist *at certe.*

ars ludicra armorum. Derselbe Gedanke und dasselbe Bild I. 32, 147: *exercitatio quaedam suscipienda — est — eis, qui ingrediuntur in stadium quique ea, quae agenda sunt in foro tamquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra praediscere ac meditari.* Das folgende *et glad. et mil. prod. aliquid* heisst: nützt ebenso dem Soldaten etwas als dem Gladiator, d. h. als sie dem Gladiator viel nützt.

sed animus cet. Cic. meint: Hauptsache bleibt doch immer die Naturanlage, ohne welche alle theoretische Unterweisung nichts nützt.

85. Quare ego tibi oratorem sic iam instituam, si potuero, ut quid efficere possit ante perspiciam. Sit enim mihi tinctus litteris; audierit aliquid, legerit, ista ipsa praecepta acceperit; temptabo quid deceat, quid voce, quid viribus, quid spiritu, quid lingua efficere possit. Si intellegam posse ad summos pervenire, non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam, si vir quoque bonus mihi videbitur esse, obsecrabo. Tantum ego in excellenti oratore et eodem bono viro pono esse ornamenti universae civitati. Sin videbitur, cum omnia summa fecerit, tamen ad mediocris oratores esse venturus, permittam ipsi quid velit; molestus magno opere non ero. Sin plane abhorrebit et erit absurdus, ut se contineat aut ad aliud studium
86. transferat, admonebo. Nam neque is, qui optime potest, deserendus ullo modo est a cohortatione nostra neque is, qui aliquid potest, deterrendus: quod alterum divinitatis mihi cuiusdam videtur, alterum, vel non facere quod non optime possis, vel facere quod non pessime facias, humanitatis, tertium

---

85. *potuero,* weil das *posse* die Voraussetzung des zukünftigen *instituere* sein muss. So öfters in Bedingungssätzen, wie Brut. 5, 21: *Ego vero, inquam, si potuero, faciam vobis satis; tinctus,* wie 27, 120, Synonymum von *imbutus,* vgl. 39, 162.

quid deceat, sc. *eum,* wobei als Subj. *dicere* zu denken ist: inwiefern er das (zum Reden) erforderliche *decorum* besitzt, vgl. § 86 und I. 29, 132: *quem (Roscium) saepe audio dicere caput esse artis decere.*

vir bonus, wofür auch ohne Unterschied, wie hier bald darauf *bonus vir* gesagt wurde, bezeichnet nicht bloss den Patrioten oder Optimaten in politischem Sinne, sondern auch ganz allgemein den braven Mann oder Ehrenmann, wie Tusc. disp. V. 10, 28: *Quos dicam bonos perspicuum est; omnibus enim virtutibus instructos et ornatos tum sapientis, tum viros bonos dicimus;* de off. II. 11, 38; III. 19, 77. Ebenso wird sowohl *vir bonus* als auch *bonus vir* ironisch von einem sonst braven, aber unbedeutenden Menschen gesagt. Hier schwebt Cic. die aristotelische Forderung vor, dass die Grundlage der Beredsamkeit die Tugend, und der Redner ein guter Mensch sein müsse.

excellenti. Die Handschr. haben *excellente,* aber die Participia auf *ns* haben, wenn sie als Adj. gebraucht werden, bei Cic. sonst stets im Abl. die Endung *i.*

pono: ich behaupte, wie 10, 41 u. Brut. 45, 165: *etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis atque ingenii.*

cum omnia summa fecerit: wenn er alles Mögliche gethan hat, wie ad Att. XV. 13, 4: *scripsit — sese de attributione omnia summa fecisse.*

absurdus, ursprünglich vom Mangel an musikalischem Gehör gesagt, daher: unfähig.

86. *quod alterum,* scil. *optime posse; divinitatis:* Zeichen einer übermenschlichen Vollkommenheit, vgl. 74, 298; *humanitatis:* Sache der allgemeinen oder gewöhnlichen Menschennatur. Die Abstracta sind für die Concreta gesetzt.

vero illud, clamare contra quam deceat et quam possit, hominis est, ut tu, Catule, de quodam clamatore dixisti, stultitiae suae quam plurimos testis domestico praeconio colligentis. De hoc 87.
igitur, qui erit talis, ut cohortandus adiuvandusque sit, ita loquamur, ut ei tradamus ea dumtaxat, quae nos usus docuit, ut nobis ducibus veniat eo, quo sine duce ipsi pervenimus, quoniam meliora docere non possumus.

Atque ut a familiari nostro exordiar, hunc ego, Catule, **21**. 88.
Sulpicium primum in causa parvula adulescentulum audivi voce et forma et motu corporis et reliquis rebus aptis ab hoc munus, de quo quaerimus, oratione autem celeri et concitata, quod erat ingenii, et verbis effervescentibus et paulo nimium redundantibus, quod erat aetatis. Non sum aspernatus; volo enim se efferat in adulescente fecunditas. Nam sicut facilius in vitibus revocantur ea, quae sese nimium profuderunt, quam, si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur, item volo esse in adulescente, unde aliquid amputem. Non enim potest in eo esse sucus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem adsecutum. Vidi statim indolem neque dimisi 89.
tempus et eum sum cohortatus, ut forum sibi ludum putaret esse ad discendum, magistrum autem, quem vellet, eligeret: me quidem si audiret, L. Crassum. Quod iste adripuit et ita sese facturum confirmavit atque etiam addidit, gratiae scilicet

---

contra quam deceat cet.: über Gebühr und Vermögen; *possit*, sc. *homo*, was aus dem folgenden *hominis* zu ergänzen ist.

clamatore, so III. 21, 81: *clamatores odiosi et molesti*; Brut. 49, 182: *ut intellegi possit quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse.*

domestico praeconio = *sui praec.*, d. i. *ostentatione sua.*

87. *dum taxat*: gerade nur, s. z. 14, 60.

21. 88. *hunc ego*, s. zu 18, 74: *id mea.* Das Pron. pers. dient in dieser Parataxe nicht dem grammatischen Verständniss, sondern dem rhetorischen Nachdruck; vgl. 32, 138.

in causa parvula. Welche dies gewesen, ist unbekannt.

revocantur, wegen der Bedeutung von *corrigere* von den Winzern in dem Sinne von *resecare* gebraucht; *materies*: Holz.

item volo esse cet. kurz für: *item melius sperari de eo adulescente potest, in quo insit aliquid amputandum, quam qui omni fecunditate careat.* Cic. hat wohl an dieser Stelle sich selbst im Auge gehabt, vgl. Brut. 91, 316: *Is* (*Molo*) *dedit operam, si modo id consequi potuit, ut nimis redundantis nos et superfluentis iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentis coerceret.*

89. *ludum ad discendum* = *in quo disceret*, wie 27, 115: *ad persuadendum.*

adripuit: er griff es rasch auf, liess es sich nicht zweimal sagen; *gratiae scilicet causa*: versteht sich aus Artigkeit.

causa, me quoque sibi magistrum futurum. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meae, cum iste accusavit C. Norbanum, defendente me. Non est credibile quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat et qui anno ante fuerat. Omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque praeclarum natura ipsa ducebat, sed ea non satis proficere potuisset, nisi eodem studio atque imitatione intendisset atque ita dicere consuesset, ut tota mente Crassum atque omni animo

22. 90. intueretur. Ergo hoc sit primum in praeceptis meis, ut demonstremus, quem imitetur [atque ita, ut, quae maxime excellent in eo, quem imitabitur, ea diligentissime persequatur]; tum accedat exercitatio, qua illum, quem delegerit, imitando effingat atque exprimat, non ut multos imitatores saepe cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac

91. paene vitiosa, consectantur imitando. Nihil est facilius, quam amictum imitari alicuius aut statum aut motum. Si vero etiam vitiosi aliquid est, id sumere et in eo ambitiosum esse non

---

sermone, von der Rede eines Menschen, wie III. 1, 1; vgl. II. 57, 234; *C. Norbanum*, s. z. 25, 107 u. 47, 197.

eum, dem *illud* nahe gerückt, vgl. z. § 88: *hunc ego*. Ueber den zur Erklärung nachträglich hinzugefügten Gen. *Crassi* nach dem Demonstr. *illud genus* s. z. 27, 118: *earum rerum*. Das folgende *ea* ist Abl.

eodem, nemlich *in eundem Crassum*, vgl. 70, 285: *unde*; *intendisset*, hier intrans. wie 42, 179 u. I. 30, 135: *quod eo*, *quo intendas*, *ferat deducatque;* p. Mur. 9, 22: *Vigilat — ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat.*

intueretur, in etwas verschiedener Bedeutung mit der Präp. *in* I. 2, 6: *in summos homines — intuenti* = *animum ad — convertenti;* hier: sich in das Vorbild versenken.

22. 90. *imitando.* Der Abl. Ger., ursprünglich *instrumenti* (vgl. 8, 38: *imitanda — suscipienda*) kann auch eine begleitende Handlung bezeichnen und so das fehlende Part. Praes. vertreten. Aehnlich ist ad fam. VIII. 16, 4: *Hoc, quod tu non dicendo mihi significasti, Caesar audierat*; in Cat. III. 3, 6: *tardissime autem Lentulus venit, credo, quod litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat*, wo ohne Grund gegen die Handschr. *in* hinzugefügt wird; de off. I. 2, 5: *quis est qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere.*

effingat atque exprimat, ἓν διὰ δυοῖν: von einem genauen plastischen Bilde.

saepe, s. z. 18, 75: *multos — saepe; insignia*, in ungünstigem Sinne zu nehmen, wie aus dem Folgenden hervorgeht: auffallend, absonderlich.

91. *amictum*, hier natürlich nicht das Gewand selbst, sondern die Art, es zu tragen. Hierauf legten die Alten grosses Gewicht, und die Vornehmen unterschieden sich darin von den Gemeinen.

ambitiosum esse: darin seine Ehre suchen, sich damit brüsten, mehr als *studiosum esse.* Im Folgenden hat *non magnum est* ironische Färbung.

magnum est, ut ille, qui nunc etiam, amissa voce, furit in re publica, Fufius, nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non adsequitur, oris pravitatem et verborum latitudinem imitatur. Sed tamen ille nec deligere scivit, cuius potissimum similis esset, et in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit. Qui autem ita faciet, ut oportet, primum 92.
vigilet necesse est in deligendo; deinde, quem probarit, in eo, quae maxime excellent, ea diligentissime persequatur.

Quid enim causae censetis esse, cur aetates *tulerint* singulae singula prope genera dicendi? Quod non tam facile in nostris oratoribus possumus iudicare, quia scripta, ex quibus iudicium fieri posset, non multa sane reliquerunt, quam in Graecis, ex quorum scriptis, cuiusque aetatis quae dicendi ratio voluntasque fuerit, intellegi potest. Antiquissimi fere sunt, 93.
quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades et

L. Fufius. Ueber ihn vgl. de off. II. 14, 50: *in accusando M' Aquilio* (im J. 98) *Fufii industria cognita est.* Demselben Fufius wird de or. III. 13, 50 auch noch Mangel an jeglicher Disposition zum Vorwurf gemacht.

C. Fimbriae, des Collegen des Marius im Consulat des J. 104.

quos tamen habuit: welche er doch jedenfalls (od. wenigstens) hatte, wie man auch sonst über ihn denken mag; vgl. I. 47, 205: *nam nunc quibus rebus studendum esset accepimus, quod ipsum est tamen magnum.*

oris pravitatem: Verzerrung des Mundes, welche eine breite Aussprache (πλατειασμός) zur Folge hat. Der Ausdruck *dilatandis litteris* (πλατειάζειν) steht auch Brut. 74, 259.

Sed tamen, mit Bezug darauf, dass Fimbria wenigstens einen Vorzug (*nervos*) gehabt hat. Nichtsdestoweniger war er ein ungenügendes Vorbild und Fufius verrieth einen Mangel an Einsicht.

92. *probarit* (nicht *probabit*) wie § 90: *delegerit.*

tulerint, statt des handschriftl. *extulerint*, weil jenes in dem Sinne 'hervorbringen' das regelmässige Prädicat von Völkern und Zeitaltern ist. Vgl. 28, 122; Brut. 12, 45: *Haec igitur aetas prima Athenis oratorem prope perfectum tulit.*

singulae singula. Die Zusammenstellung desselben Adj. in verschiedenen Casus findet sich häufig, wobei gewöhnlich die zugehörigen Subst. eine chiastische Stellung erhalten; vgl. in Verr. V. 69, 178: *qui — lege nova novi iudices erunt constituti.* Namentlich werden in dieser Weise verschiedene Casus von *omnis* neben einander gestellt.

in nostris oratoribus, denn das Urtheil bewegt sich gewissermassen auf dem Boden unserer Redner, s. z. 17, 73: *in his operibus,* und vgl. 23, 96: *ut in herbis rustici solent dicere.*

voluntas: Richtung, Eigenthümlichkeit; vgl. 23, 94.

93. *constent*: feststehen, unbezweifelt sind; anders 2, 8: *exstaret.*

Pericles. Auch Brut. 7, 27 schreibt Cic. dem Pericles hinterlassene Schriften zu. Richtiger aber hält wohl Quint. III. 1, 14 dieselben für untergeschoben, und dasselbe muss auch von denen des Alcibiades gelten; vgl. Plat. Phädr. p. 257 D: σύνοισθά που καὶ αὐτός, ὅτι οἱ μέγιστον

eadem aetate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiis*que* magis quam verbis abundantes. Non potuisset accidere, ut unum genus esset omnium, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. Multa Lysiae scripta sunt; nonnulla Critiae; de Theramene audimus. Omnes etiam tum retinebant illum Pericli sucum;
94. sed erant paulo uberiore filo. Ecce tibi exortus est Isocrates, [magister istorum omnium] cuius e ludo tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt; sed eorum partim in pompa,

---

δυνάμενοί τε καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου, μὴ σοφισταὶ καλῶνται.

accidere = *fieri*, s. z. 12, 49. Dass der politische und sociale Charakter einer Zeit Einfluss auf die öffentliche Beredsamkeit ausüben muss, bedenkt Cic. nicht.

proponerent, vgl. 55, 224: *haberet.*

Critias, einer der 30 Tyrannen zu Athen, die im J. 404 durch Thrasybul gestürzt wurden. Vgl. III. 34, 139: *Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi?*

Theramenes, ebenfalls Mitglied der 30, der aber die Grausamkeit seiner Collegen, besonders des Critias, so bekämpfte, dass er ein Opfer ihres Hasses wurde. Vgl. Tusc. disp. I. 40, 96 ff.

Lysias, geb. 445 zu Athen, lebte von 430—411 in Thurii und darauf wieder zu Athen. Er hat fast nur für Andere Reden geschrieben und auch als Lehrer der Beredsamkeit gewirkt. Seine zum Theil noch erhaltenen Reden sind durch einfache und klare Darstellung ausgezeichnet. Brut. 9, 35: *Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere.*

audimus im Präs., wie *ἀκούειν*, von der durch die Ueberlieferung erhaltenen Kunde. Ebenso I. 60, 255.

filo bezieht sich auf die Darstellungsart und Manier der Behandlung: Ausführung. Vgl. III. 26, 103: *Qua re primum silva rerum et sententiarum comparanda est: haec formanda filo ipso et genere orationis, illuminanda verbis, varianda sententiis.*

94. *Ecce tibi*, sowie *ecce* allein, oft als Uebergangsformel gebraucht, um etwas Neues und Bedeutsames einzuführen, z. B. Tusc. disp. III. 19, 44: *Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta;* de off. III. 21, 83; p. Sest. 41, 89 u. a.

Isocrates, vgl. z. 13, 57: *rhetorum officina.*

meri principes, in Erinnerung an Hom. Od. 4, 272 gesagt: *ἵππῳ ἔνι ξεστῷ, ἵν᾽ ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι.* Cic. gebraucht den Vergleich mit dem trojanischen Pferde oft, wie p. Mur. 37, 78; Phil. II. 13, 32 u. a.

tamquam ex equo. Während sonst die Präp. in der Apposition nicht wiederholt wird, geschieht dies nach *tamquam* stets; vgl. 6, 22: *tamquam e vinclis*; I. 11, 46. — *partim*, mit Gen., wie 76, 308 u. o.

pompa bezeichnet die Prunkrede, *acies* die gerichtliche. Derselbe Gegensatz or. 13, 42: *Dulce igitur orationis genus et solutum et adfluens,*

partim in acie illustres esse voluerunt. Atque et illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratae multique alii naturis differunt, voluntate autem similes sunt et inter sese et magistri, et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen omnes sunt in eodem veritatis imitandae genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, 23.

---

sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro. De or. I. 18, 81 wird die Prunkrede auch mit dem Bilde der Palästra bezeichnet.

23. *Atque* (nicht *atqui*): und zwar, leitet zu dem Hauptpunkte über, der den Grund enthält, weshalb dieser Männer überhaupt gedacht wird.

Ueber Theopompus, Ephorus und Philistus s. z. 13, 57.

Naucrates schrieb vornehmlich Grabreden und wurde in einem zum Preise des Mausolus, Königs von Karien, von der Artemisia veranstalteten Wettkampfe im J. 352 von Theopompus besiegt.

voluntate, vgl. 22, 92.

Demosthenes, geb. 385, gest. 322, nebst Hyperides ein eifriger Gegner Philipps von Macedonien, sollte nach der Schlacht von Krannon seinen Feinden ausgeliefert werden, machte aber vorher seinem Leben selbst ein Ende. Von seiner logischen Schärfe und Präcision im Ausdruck sowie von seiner Rednergewalt (δεινότης) spricht Cic. im Brut. 9, 35: *Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri aliquid possit limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quicquam esset elatius.*

Hyperides, geb. 396, de or. III. 7, 28 wegen seines *acumen*, or. 26, 90 wegen seiner *facetiae* gerühmt, wurde nach der Schlacht bei Krannon auf Antipaters Befehl nach grausamen Misshandlungen ermordet. Im J. 1853 ist ausser einigen Fragmenten seine Rede für den Euxenippus und 1856 sein berühmter Epitaphios wieder aufgefunden worden. Derselben politischen Richtung gehörte auch

Lycurgus an, welcher noch vor Demosthenes starb. Er wurde besonders als Ankläger der politischen Gegner gefürchtet. Wir besitzen von ihm noch die Rede gegen Leokrates.

Aeschines, geb. 389 zu Athen, von Philipp erkaufter Gegner des Demosthenes, aber von diesem in dem Prozess über den Kranz überwunden, begab sich nach dem Tode Alexanders nach Rhodus, wo er eine Rednerschule gründete, und starb auf Samos 314. Seine noch erhaltenen drei Reden wurden von den Alten wegen ihrer Vorzüge die drei χάριτες genannt.

Dinarchus, geb. 361 zu Korinth, Schüler des Theophrast, lebte zuerst in Athen, später in der Verbannung zu Chalcis, darauf aber wieder zu Athen, wo er auch starb. Von ihm sind noch drei Reden erhalten.

veritatis imitandae: das reale Leben darzustellen; vgl. z. 8, 31; *eodem — genere*: gleiche Richtung.

quorum quamdiu cet. Cic. deutet an, dass die zuletzt genannten

95. tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit: postea quam exstinctis his omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demostheni; tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum mea sententia politissimus, aliique horum similes exstiterunt. Quae si volemus usque ad hoc tempus persequi, intellegemus, ut hodie Alabandensem illum Meneclem et eius fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitetur Asia, sic semper fuisse aliquem, cuius se similis plerique esse vellent.

96. Hanc igitur similitudinem qui imitatione adsequi volet, cum exercitationibus crebris atque magnis tum scribendo maxime persequatur. Quod si hic noster Sulpicius faceret, multo eius

---

Männer, d. h. die öffentlich auftretenden Staatsredner, ebenfalls ihre Nachahmer fanden, welche den Charakter der von ihnen vertretenen Schule weiter fortpflanzten. Den Gedanken an die Einwirkung des Isocrates hat er inzwischen fallen gelassen.

vixit und das folgende *viguerunt* in übertragener Bedeutung: festen Bestand haben und in lebendiger Uebung sein.

95. *obscurata est*, ohne Rücksicht auf den verdunkelnden Gegenstand, d. i. andere allmählig in den Vordergrund tretende Bestrebungen, gesagt, synon. mit *evanescere* und *interire;* vgl. de fin. IV. 12, 29 u. 12, 31.

Demochares, wegen seiner kriegerischen und staatsmännischen Verdienste durch eine im Prytaneum ihm errichtete Statue ausgezeichnet, starb um 275 v. Chr. Brut. 83, 286: *Et orationes scripsit aliquot et earum rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate gestae, non tam historico quam oratorio genere perscripsit.*

140. rerum discernerent eaque paulo subtilius explicarent. Verum hoc, ut dixi, nihil ad me. Illud ad me ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici; quo modo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum; est enim infinita, si in personis ponitur; quot homines, tot causae; sin ad generum universas quaestiones referuntur, ita modicae et paucae sunt, ut eas omnis diligentes et memores et sobrii oratores percursas animo et prope dicam decantatas habere debeant; nisi forte existimatis a M' Curio causam didicisse L. Crassum et ea re multa attulisse, quam ob rem postumo non nato Curium tamen heredem Coponii esse opor-

---

Vgl. Tusc. disp. IV. 10, 23: *qua* (= *ea de re*) *oratione praetermissa* und s. z. 23, 96: *Hanc similitudinem.*

Haec ego, s. z. 21, 88.

describunt — *positas esse* = *describunt ita, ut dicant* — *positas esse*, d. h. sie sollten überhaupt nicht bei dem Kapitel von den Beweisen zwei Klassen von Reden annehmen.

139. *incurrunt*: mit einwirken, concurriren.

ex genere quaestionis: von dem in Frage kommenden allgemeinen Falle.

nullum enim cet. Antonius stellt überall seinen von der Praxis aus eingenommenen Standpunkt der Theorie der Schulrhetoriker entgegen.

otio. Dies *otium* der Griechen wird von Cic. häufig erwähnt, wie z. B. I. 6, 22: *quod Graecos homines non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantis partitionem quandam artium fecisse video*: in der Regel mit einiger Geringschätzung.

140. *ponitur* statt *ponuntur*, da Cic. den ihm noch vorschwebenden Begriff *multitudo* mit *causa* verwechselt.

memores: mit gutem Gedächtniss begabt, wie III. 50, 194: *tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio*, und in der Regel auch *memoriter*, z. B. I. 15, 64; doch bedeutet letzteres auch *ex memoria*, wie I. 19, 88.

M' Curius wurde von L. Crassus gegen den Pont. max. Q. Scävola vertheidigt, dessen Client Coponius die Erbschaft als Verwandter beanspruchte, nachdem die in dem Testament ausgesprochene Bedingung, dass Curius erben solle, wenn der bei dem Tode des Erblassers erwartete Sohn vor seiner Mündigkeit sterben sollte, in Folge der Geburt einer Tochter dem Wortlaut nach nicht in Erfüllung gegangen war. Vgl. I. 39, 180; 57, 242 ff.

teret. Nihil ad copiam argumentorum neque ad causae vim 141.
ac naturam nomen Coponii aut Curii pertinuit; in genere erat universo rei negotiique, non in tempore ac nominibus, omnis quaestio. Cum scriptum ita sit, SI MIHI FILIUS GENITUR, ISQUE PRIUS MORITUR, et cetera, TUM MIHI ILLE SIT HERES, si natus filius non sit, videaturne is, qui filio mortuo institutus heres sit, heres esse, perpetui iuris et universi generis quaestio non hominum nomina, sed rationem dicendi et argumentorum fontis
desiderat. In quo etiam isti nos iuris consulti impediunt a 33. 142.
discendoque deterrent. Video enim in Catonis et in Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit; credo, ut putaremus in hominibus, non in re consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut, quod homines innumerabiles essent, debilitati *tanto numero* cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiceremus.

Sed haec Crassus aliquando nobis expediet ex exponet discripta generatim. Est enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, se ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum esset, in certa genera coacturum et ad artem facilem
redacturum. Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam id est 143.

---

141. *Cum scriptum sit* und *si natus — heres sit* mit dem Conj., weil es Nebensätze zu der von *quaestio* abhängigen indirecten Frage sind. Ueber die Verbindung mit dem vorhergehenden Satze s. z. 24, 100: *lex peregrinum,* und vgl. 31, 135: *quod sumptuosus est.*

perpetui: über das stets geltende, = *constantis*; *quaestio — desiderat* prägnant für: *quaestio est, quae desiderat.*

rationem dicendi: methodische Durchführung. Die Methode besteht in der Anwendung der *argumentorum fontes* oder *loci,* wofür auch öfter *genera* gesetzt worden ist.

33. 142. Cato Censorius wird auch I. 37, 171: *iuris civilis omnium peritissimus* genannt.

M. Junius Brutus, um 150 v. Chr., wird öfters wegen seiner Rechtskunde gerühmt. Pompon. de or. iur. c. 3, 39: *P. Mucius et Brutus et Manilius fundaverunt ius civile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem* (nach Cic. p. Cluent. 51, 141, vgl. unten 55, 224, waren nur drei echt), *Manilius tres.*

responderit, d. i. der jedesmalige Rechtsconsulent.

debilitati: entmuthigt, verzagt gemacht; vgl. p. Mur. 21, 45: *Eius modi candidatorum amici intimi debilitantur.*

tanto numero, neml. einzelner Rechtsfälle.

expediet, als Gegensatz zu dem vorhergehenden *impediet.*

discripta generatim: nach Hauptabschnitten. Vgl. zu der ganzen Stelle I. 42, 190 ff.

facilem: übersichtlich, leicht fasslich; vgl. I. 42, 190: *difficilem.*

difficile Crasso, qui et, quod disci potuit de iure, didicit et, quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse adferet; ut, quae sint in iure, vel acute discribere vel ornate illustrare possit. Ergo ista, inquit Antonius, tum a Crasso discemus, cum se de turba et a
144. subselliis in otium, ut cogitat, soliumque contulerit. Iam id quidem saepe, inquit Catulus, ex eo audivi, cum diceret sibi certum esse a iudiciis causisque discedere; sed, ut ipsi soleo dicere, non licebit. Neque enim auxilium suum saepe a viris bonis frustra implorari patietur neque id aequo animo feret civitas; quae si voce L. Crassi carebit, ornamento quodam sese spoliatam putabit. Nam hercle, inquit Antonius, si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum; et istam oscitantem [et dormitantem] sapientiam
145. Scaevolarum et ceterorum beatorum otio concedamus. Adrisit hic Crassus leniter et, Pertexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es. Me tamen ista oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in libertatem vindicabit.

34. Huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius: quoniam intellegeretur non in hominum

---

143. *in iure:* das *ius* wird als ein Complex einzelner Vorschriften aufgefasst.

ornate illustrare: denn die früheren Rechtslehrer ermangelten einer solchen Beredtsamkeit, wie sie Crassus besass.

solium, der Ruhesessel, auf welchem sitzend die bejahrten *iure consulti* ihre Rechtsgutachten ertheilten, vgl. 55, 226.

audivi cum diceret, wie 37, 155.

certum, in diesem Sinne auch mit *deliberatum* verbunden p. Rosc. A. 11, 31: *Certum est deliberatumque — omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter libereque dicere.*

144. *iudiciis causisque*, s. z. 24, 99 und vgl. Div. in Q. Caec. 8, 25: *L. Crassum et M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium adferre oportere;* ebds. 1, 1.

auxilium suum (od. *alicuius*) — *inplorari*, so immer für unser: jemanden um Hilfe anflehen.

Nam hercle. Zu ergänzen ist: ja, füge dich nur; vgl. *enim* oben 10, 40 und in Verr. I. 51, 133: *nam mehercule sic agamus.*

pistrino. Denselben Ausdruck braucht Crassus I. 11, 46, um die geringschätzige Ansicht der griechischen Philosophen seiner Zeit von der Aufgabe des Redners durch eine Vergleichung mit der Arbeit von Sklaven bezeichnen.

oscitantem, im Gegensatz zu der mühevollen Arbeit der Sachwalter.

Scaevolarum, als der Repräsentanten aller *iuris consulti;* vgl. I. 10, 39.

beatorum. Aehnlich steht *beatus* in dem Sinne von *otiosus* p. Mur. 12, 26.

145. *exorsus*, mit Anspielung auf das Gewebe (*pertexe*), für dessen Beginn *exordiri* der regelmässige Ausdruck war; vgl. 38, 158.

34. *finis:* das Ziel, der Zweck (dieses Theiles meines Vortrags):

innumerabilibus personis neque in infinita temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur, genera autem esse definita non solum numero, sed etiam paucitate, ut eam materiem orationis, quae cuiusque esset generis, studiosi qui essent dicendi, omnibus locis discriptam, instructam ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis. Ea vi sua verba parient, quae semper satis 146.
ornata mihi quidem videri solent, si eius modi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur. Ac si verum quaeritis, quod mihi quidem videatur — nihil enim aliud adfirmare possum nisi sententiam et opinionem meam —: hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus neque, ut quaeque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus; quae quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu, pertractata esse possunt; sed tamen animus referendus est ad ea capita et ad illos, quos saepe iam appellavi, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur. Atque 147.

---

vgl. I. 42, 188: *sit ergo in iure civili finis hic: legitimae atque usitatae in rebus causisque civium aequabilitatis conservatio;* de off. I. 39, 138. Durch *sum exorsus* ist Antonius mit seinen Gedanken zu der vorhergehenden Darstellung zurückgeführt worden (vgl. bes. § 140), welche er hier recapitulirt; daher die folgenden Impf.

in generum causis atque naturis = *in causis eis atque nat., quae generibus continerentur:* auf den Fällen allgemeiner Art und ihrem Wesen.

sed etiam paucitate bestimmt den Begriff *numero* noch näher.

omnibus locis discriptam cet.: nach allen Kategorien gegliedert, wohl versehen und glänzend ausgestattet sich aneigneten. Der Redestoff wird mit einer wohlausgerüsteten, für jede Eventualität bereit gehaltenen Truppe verglichen. Mit *rebus* und *sententiis* erinnert Antonius an die beiden 27, 116—120 bezeichneten Klassen von Beweismitteln.

146. *Ea*, neml. *res* und *sententiae*, vgl. I. 6, 20: *Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio;* III. 31, 125: *rerum enim copia verborum copiam gignit.* Mit dem folgenden *res* wird ganz allgemein der Inhalt bezeichnet.

instrumentum: Rüstzeug.

tum denique, vgl. 30, 131; 42, 181; 77, 115; Tusc. disp. I. 31, 76.

mediocriter modo, ebenso wie sich bei Cic., wenn auch sehr selten, *unus modo* statt *unus* allein 'nur einer' findet, während er *tantum unus* nicht kennt.

pertractata: ganz vertraut oder geläufig geworden.

sed tamen: so sehr auch die Praxis die Hauptsache ist, durch welche die *loci* erst an Bedeutung gewinnen, so ist es doch immerhin nothwendig, sie näher ins Auge zu fassen.

omnia, neml. *argumenta; inventa ex*, wie 29, 127; vgl. auch 30, 130: *omnis ad omnem.*

hoc totum est sive artis sive animadversionis sive consuetudinis nosse regiones, intra quas venere et pervestiges, quod quaeras. Ubi eum locum omnem cogitatione saepseris, si modo usu rerum percallueris, nihil te effugiet atque omne,
35. quod erit in re, occurret atque incidet. Et sic, cum ad inveniendum in dicendo tria sint: acumen, deinde ratio, quam licet, si volumus, appellemus artem, tertium diligentia, non possum equidem non ingenio primas concedere; sed tamen
148. ipsum ingenium diligentia etiam [ex tarditate] incitat: diligentia, inquam, quae cum omnibus in rebus tum in causis defendendis plurimum valet. Haec praecipue colenda est nobis, haec semper adhibenda, haec nihil est quod non adsequatur. Causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est; ut adversarium attente audiamus atque ut eius non solum sententias, sed etiam verba omnia excipiamus, voltus denique perspiciamus omnis, qui sensus animi plerumque indicant, di-
149. ligentia est:— id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est —; deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post, pervolvatur animus, ut penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est; ut his rebus adhibeat tamquam lumen aliquod me-
150. moriam, ut vocem, ut viris, diligentia est. Inter ingenium

---

147. *cogitatione saepseris*, d. h. wenn man sich die Grenzen ganz bestimmt denkt.

percallueris, vgl. p. Mil. 28, 76: *sed nescio quo modo iam usu obduruerat et percalluerat civitatis incredibilis patientia.*

incidet: in die Hände fallen, wie das eingehegte Wild.

35. *tria*, vgl. z. 57, 232.

primas, vgl. III. 56, 213: *Huic* (*actioni*) *primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias.*

ex tarditate, s. d. krit. Anh.

148. *excipiamus*, wie der Jäger das Wild auf dem Anstande abfängt, vgl. 8, 32.

149. *proficere*, weil er aus einer ängstlichen Aufmerksamkeit des Gegners leicht den Schluss ziehen kann, dass dieser sich gefährdet glaubt, und daher zum Nachtheil desselben um so zuversichtlicher auftritt.

paulo post: 39, 162 ff.

pervolvatur: dass er alle *loci* schnell durchgehe. Es ist in diesem ganzen Kapitel nicht nur von der dem Prozess vorangehenden Thätigkeit des Redners, sondern auch von derjenigen die Rede, welche er während der oft mehrere Tage dauernden Verhandlungen zu entfalten hatte.

insinuet, intrans. wie I. 20, 90.

lumen: weil man nur mittelst eines guten Gedächtnisses die einzelnen Punkte klar und deutlich behalten kann.

quidem et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. Ars demonstrat tantum, ubi quaeras, atque ubi sit illud, quid studeas invenire; reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, adsiduitate, labore; complectar uno verbo, quo saepe iam usi sumus, diligentia; qua una virtute virtutes
reliquae continentur. Nam orationis quidem copia videmus 151.
ut abundent philosophi, qui, ut opinor — sed tu haec, Catule, melius — nulla dant praecepta dicendi nec idcirco minus, quaecumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur.

Tum Catulus: Est, inquit, ut dicis, Antoni, ut plerique 36. 152.
philosophi nulla tradant praecepta dicendi et habeant paratum tamen quid de quaque re dicant. Sed Aristoteles, is, quem ego maxime admiror, posuit quosdam locos, ex quibus omnis argumenti via non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc orationem, qua in causis utimur, inveniretur; a quo quidem homine iam dudum, Antoni, non aberrat oratio tua, sive tu similitudine illius divini ingenii in eadem incurris vestigia sive etiam illa ipsa legisti atque didicisti, quod quidem mihi magis veri simile videtur. Plus enim te operae
Graecis dedisse rebus video, quam putaramus. Tum ille, 153.
Verum, inquit, ex me audies, Catule. Semper ego existimavi

---

150. *tantum*: nur so viel; *attentione*, bei Cic. ein ἅπ. λεγ.
qua una virtute virtutes reliquae. Vgl. eine ähnliche Wiederholung desselben Wortes 77, 310: *una ex tribus his rebus res*.

151. *videmus ut*, wie 46, 193: *vidi ut*; I. 26, 121: *experior ut exalbescam et — contremiscam;* de fin. V. 18, 48: *Videmusne ut pueri — deterreantur*. Dass in diesen Sätzen die Qualität des Vorgangs, nicht einfach dieser selbst Object der Wahrnehmung ist, liegt auf der Hand.
dant praecepta: ohne wesentlichen Unterschied von *tradere praec.* (§ 152) gebraucht; vgl. auch 36, 153*: rationem daturos* und 38, 157: *artem tradere*.

36. 152. *Est — ut tradant*, Umschreibung für *Tradunt*, wie p. Mil. 13, 35: *Ille erat ut odisset*; de div. I. 56, 128: *Non est igitur ut mirandum sit.*
locos, neml. in den noch vorhandenen, aus acht Büchern bestehenden Τοπικά.
via: methodische Behandlung oder Anwendung, vgl. 9, 36 und I. 4, 14: *qui neque exercitationis ullam viam neque aliquod praeceptum artis esse arbitrarentur.* Zu *ex quibus — inveniretur* vgl. 34, 146: *inventa ex.*
a quo homine, abgekürzter Ausdruck für *a cuius hominis praeceptis*. Vgl. die *comparatio compendiaria* in I. 4, 15: *Ingenia vero nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt.*
non aberrat; namentlich 27, 114 ff. Das folgende *Graecis rebus* bedeutet nicht 'griechische Geschichte', sondern wie § 153 *Graecarum rerum* überhaupt 'das Griechenthum', also auch 'die griechische Wissenschaft'.
putaramus, neml. ehe du deinen gegenwärtigen Vortrag begonnen hattest vgl. 58, 237: *posueramus.*

aut animi permotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua rerum ipsarum explicatio ac defensio posita est, videtur omnem huius generis quasi doctrinam continere, de ea primum loquemur et pauca dicemus. Pauca enim sunt, quae usu
30. 130. iam tractata et animo quasi notata habere videamur. Ac tibi sapienter monenti, Crasse, libenter adsentiemur, ut singularum causarum defensiones, quas solent magistri pueris tradere, relinquamus, aperiamus autem capita ea, unde omnis ad omnem et causam et orationem disputatio ducitur. Neque enim, quotiens verbum aliquod est scribendum nobis, totiens eius verbi litterae sunt cogitatione conquirendae; nec quotiens causa dicenda est, totiens ad eius causae seposita argumenta revolvi nos oportet, sed habere certos locos, qui, ut litterae ad verbum scribendum, sic illi ad causam explicandam statim occurrant.
131. Sed hi loci ei demum oratori prodesse possunt, qui est versatus in *rerum* vel usu, quem aetas denique adfert, vel auditione et cogitatione, quae studio et diligentia praecurrit aetatem. Nam si tu mihi quamvis eruditum hominem adduxeris, quamvis acrem et acutum in cogitando, quamvis ad pronun-

---

huius generis, d. i. des *persuadere* 27, 115, oder *fidem facere*, 28, 121, welches durch *docere*, *conciliare* und *commovere* bewirkt wird, so jedoch, dass die Regeln für die Beweisführung im Wesentlichen auch für das *movere* und *conciliare* gelten.

notata, vgl. 8, 32.

30. 130. *capita*, s. z. 27, 117: *rivulos*.

omnis ad omnem, s. z. 22, 92: *singulae singula*.

disputatio, wie 28, 121 *oratio*, für den Inhalt der rednerischen Darstellung gesagt.

seposita: (in den Lehrbüchern) bereit gehaltene; *revolvi*, wie Tusc. disp. I. 6, 12: *Revolveris eodem*.

sic illi. Vgl. Tusc. disp. IV. 14, 32: *ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius;* ebds. 30, 64; de fin. IV. 24, 71. Durch diese den Gegensatz fixirenden Demonstrativa wird namentlich nach einem Vergleichungssatze nicht selten ein Nomen wieder aufgenommen. Die kürzere Form s. 42, 180: *sic tamquam*.

occurrant, vgl. I. 38, 151; *omnes enim — loci — ostendunt se et occurrunt*.

131. *loci*, s. z. 28, 121.

rerum — usu, vgl. 34, 147; 50, 204.

denique: schliesslich, erst, wie 34, 146.

quamvis eruditum. Von den Concessivpartikeln findet sich bei Cic. nur *quamvis*, und auch dies nur selten, ohne ein besonderes Verbum mit einem Adj. oder Adv. verbunden. Vgl. 56, 228.

pronuntiandum 'vortragen', nicht 'aussprechen', wofür Cic. nur *dicere* oder *appellare* gebraucht.

tiandum expeditum, si erit idem in consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato, quo meliores fetus possit et grandiores edere. Subactio autem est usus, auditio, lectio, litterae.

Ac primum naturam causae videat, quae numquam latet, 132.
factumne sit quaeratur, an quale sit, an quod nomen habeat; quo perspecto statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam, id est, quo sublato controversia stare non possit; deinde quid veniat in iudicium, quod isti sic iubent quaerere: Interfecit Opimius Gracchum. Quid facit causam? quod rei publicae causa, cum ex senatus consulto ad arma vocasset. Hoc tolle, causa non erit. At id ipsum negat contra leges licuisse Decius. Veniet igitur in iudicium: Licueritne ex senatus consulto servandae rei publicae causa. Perspicua sunt haec qui-

---

subacto, ein vom Ackerbau entlehntes Bild: gründlich durchgebildet, routinirt.

novato et iterato = *novato* (d. i. *denuo arato*) *et iterum novato*, während der technische Ausdruck vom Ackerbau lautet: *iterato et tertiato*; der abweichende Gebrauch von *iterato* ist durch das vorhergehende *novato* veranlasst, auf welches allein (und nicht auch auf *semel arato*) sich jener Ausdruck bezieht.

litterae, s. 23, 96.

132. *naturam causae* wird durch die ebenfalls von *videat* abhängige Doppelfrage *quaeratur an — sc. quaeratur* (zweimal), wovon wieder die indirecten Fragen *factumne sit*, *quale sit*, *cet.* abhängig sind, näher erläutert. Zur Sache vgl. 24, 104 ff.

subductionibus: Berechnungen, um die zugehörige Abtheilung zu finden, also Erwägungen, Rechenkünste.

quid faciat causam bezeichnet die Erklärung, mit welcher der Angeschuldigte sich zu rechtfertigen suchen muss: die Grundlage des Prozesses; *quid veniat in iudicium* die Frage, ob jene Erklärung des Angeklagten trotz der entgegengesetzten Behauptung des Anklägers statthaft ist, also den eigentlichen Streitpunkt oder die Hauptfrage, auf welche es ankommt, von den griechischen Rhetorikern mit *τὸ κρινόμενον*, von den römischen Juristen mit den Formeln *qua de re agitur*, *de quo agitur* (*ambigitur*) oder *quo de agitur* bezeichnet. Vgl. or. 36, 126: *illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece κρινόμενον dicitur;* Top. 25, 95; Brut. 79, 275; *isti:* die Schulrhetoriker.

causa non erit, ohne *et*, wie immer, wenn ein Imper. mit condicionalem Sinne vorhergeht; nur *iam* oder *tum* darf den Nachsatz beginnen. Vgl. Tusc. disp. I. 13, 30: *Tolle hanc opinionem: luctum sustuleris*, und s. oben z. 20, 84: *omnia — adsequentur.*

dem et in volgari prudentia sita; sed illa quaerenda, quae et
ab accusatore et a defensore argumenta ad id, quod in iudi-
31. 133. cium venit, spectantia debent adferri. Atque hic illud viden-
dum est, in quo summus est error istorum magistrorum, ad
quos liberos nostros mittimus, non quo hoc quidem ad di-
cendum magno opere pertineat, sed tamen ut videatis, quam
sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque
impolitum; constituunt enim in partiendis orationum modis
duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis
atque temporibus de universo genere quaeratur; alterum, quod
personis certis et temporibus definiatur, ignari omnis contro-
134. versias ad universi generis vim et naturam referri. Nam in
ea ipsa causa, de qua ante dixi, nihil pertinet ad oratoris
locos Opimii persona, nihil Decii. De ipso enim universo
genere infinita quaestio est, num poena videatur esse adficien-
dus, qui civem ex senatus consulto patriae conservandae causa
interemerit, cum id per leges non liceret. Nulla denique
est causa, in qua id, quod in iudicium venit, reorum per-
sonis ac non generum ipsorum universa dubitatione quae-
135. ratur. Quin etiam in iis ipsis, ubi de facto ambigitur, cepe-
ritne pecunias contra leges P. Decius, argumenta et criminum

---

sed illa qu. cet., construire: *sed illa quaerenda argumenta — spectantia, quae ab accusatore et a defensore debent adferri.*

31. 133. *illud videndum est* findet seine Erklärung in *constituunt enim cet.*

pertineat, s. z. 2, 6; *hoc*, neml. die Eintheilung in *quaestio* und *causa.*

quam sit cet. So steht die Copula bei Cic. in der Regel unmittelbar hinter *quam* im Ausruf und in der indirecten Frage; vgl. 42, 180 und I. 58, 246: *quae (ars) quam sit facilis illi viderint.* Auch durch ein Pron. wird *quam* von dem zugehörigen Worte getrennt, wie Lael. 3, 10: *quam id recte faciam viderint sapientes.*

unum appellant cet., vgl. 10, 44; 15, 65; 19, 78 u. o.

de universo genere: über ein allgemeines Verhältniss oder einen allgemeinen Fall.

referri ad —: behandelt oder beurtheilt werden nach —.

134. *locos*, s. z. 28, 121 u. 27, 118.

ac non: und nicht vielmehr, wie auch *et non*, wofür *ac (et) non potius* unlateinisch wäre.

denique, das Vorhergehende zusammenfassend = *ne multa*, steht bisweilen schon im zweiten Gliede, wie de deor. n. I. 37, 104: *quaero — deus quid adpetat, ad quam denique rem motu mentis ac ratione utatur;* in Verr. V. 27, 69. In dieser Bedeutung steht es nie an erster Stelle.

dubitatione, wie 19, 78; 33, 142 = *quaestione*; über die Hypallage von *infinita* s. z. 15, 64: *aculeis.*

et defensionis revocentur oportet ad genus et ad naturam universam; quod sumptuosus, de luxurie; quod alieni appetens, de avaritia; quod seditiosus, de turbulentis et malis civibus; quod a multis arguitur, de genere testium; contraque, quae pro reo dicentur, omnia necessario a tempore atque homine ad communis rerum et generum summas revolventur. Atque haec forsitan homini non omnia, quae sunt in natura 136.
rerum, celeriter animo comprehendenti permulta videantur, quae veniant in iudicium tum, cum de facto quaeratur; sed tamen criminum multitudo est et defensionum, non locorum infinita.

Quae vero, cum de facto non ambigitur, quaeruntur 32. 137.
qualia sint, ea si ex reis numeres, et innumerabilia sunt et obscura; si ex rebus, valde et modica et illustria. Nam si Mancini causam in uno Mancino ponimus, quotienscumque is, quem pater patratus dediderit, receptus non erit, totiens causa nova nascetur. Sin illa controversia causam facit, videaturne ei, quem pater patratus dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse, nihil ad artem dicendi nec ad argumenta defensionis Mancini nomen pertinet. • Ac, si quid adfert prae- 138.
terea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quaestionem est et ea tamen ipsa oratio ad universi generis disputationem re-

---

135. *et ad universam naturam* ist als nähere Bestimmung von *genus* hinzugefügt; vgl. § 133: *ad universi generis vim et naturam.*

quod sumptuosus cet., d. h. *quod aliquis sumptuosus est, id argumentum revocetur ad quaestionem de luxurie cet.*

summas: die Gesammtbegriffe, die das Einzelne umfassen, daher *communes.*

136. *defensionum*: der Vertheidigungspunkte; *locorum,* wie § 134: allgemeine Gesichtspunkte.

32. 137. *Quae vero — quaeruntur qualia sint:* Was vollends die Fälle betrifft, in denen man, wenn die Thatsache nicht bestritten wird, nach der Beschaffenheit fragt. Das Subj. oder Obj. eines *verb. sentiendi* od. *declarandi* wird bei Cic. häufig durch einen indirecten Fragesatz näher bestimmt, wofür im Deutschen ein *subst. abstr.* gesetzt wird. Vgl. Tusc. disp. I. 10, 20: *quod ipsum quale esset erat multo ante et dictum et explanatum;* de or. II. 41, 174.

obscura: schwer zu überblicken, *illustria*: in die Augen fallend.

postliminium: die Rückkehr in die frühere rechtliche Stellung. Der Fall des Mancinus, welcher den Numantinern ausgeliefert, aber von ihnen nicht angenommen wurde, *quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat* (de off. III, 30, 109) ist I. 40, 181 weiter ausgeführt.

si is: entsprechend der in der gerichtlichen und Gesetzessprache erforderlichen Genauigkeit.

138. *adfert*, neml. etwas Beachtenswerthes oder Wesentliches.

ea — oratio = *eius rei oratio,* neml. über die *dignitas* oder *indignitas.*

de eadem arte dixit, et hos germanos huius artis magistros, hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque aspexit, quae ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant: illi autem, qui hoc solum colendum ducebant, habitarunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille,
161. sed usu in hoc uno genere studioque maiore. Carneadi vero vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis; qui nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit. Sed hoc maius est quiddam, quam ab iis, qui haec tradunt et docent, postulandum sit.

39. 162. Ego autem, si quem nunc rudem plane institui ad dicendum velim, his potius tradam adsiduis, uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnis tenuissimas particulas atque omnia minima mansa ut nutrices infantibus pueris in os inserant. Sin sit is, qui et doctrina mihi liberaliter institutus et aliquo iam imbutus usu et satis acri ingenio

---

germanos (vgl. or. 9, 32: *germanos se putant esse Thucydidas*): die echten, welche diesen Unterricht professionell betrieben, nicht ohne Ironie gesagt.

despiciebat. Aristoteles polemisirt wenigstens nicht selten in seiner Rhetorik gegen die Redelehrer seiner Zeit. Vgl. auch de off. I. 1, 4: *eodemque modo de Aristotele et Isocrate iudico, quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum.*

habitarunt; das Gegentheil steht I. 50, 218: *peregrinum atque hospitem in agendo esse.*

161. *Carneadi vis*, vgl. III. 18, 68: *Hinc haec recentior Academia manavit, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades*; ebds. 19, 71: *aut vobis haec Carneadia aut illa Aristotelia vis comprehendenda est.* Zu der Genetivendung *i* vgl. I. 19, 88 *ex orationibus Demostheni.*

esset optanda: wenn man nemlich zwischen jenen drei Philosophen wählen sollte.

maius est quiddam, vgl. I. 4, 17: *Sed enim maius est hoc quiddam, quam homines opinantur.*

probarit und *everterit*, s. z. 56, 230: *responderit.*

quam — postulandum sit. So wird *ut* bei *quam* nach einem Comp. bisweilen, nach *potius* sogar gewöhnlich ausgelassen. Vgl. in Verr. IV. 34, 76: *quicquid erat oneris —, Segestanis praeter ceteros imponebat, aliquanto amplius quam ferre possent*; Tusc. disp. II. 22, 52: *Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius quam conscios delendae tyrannidis indicaret.*

39. 162. *uno opere*: in einer einzigen Beschäftigung, d. i. = *perpetuo*; vgl. 10, 40: *unius cuiusdam operis*, u. Hor. carm. I. 7, 5: *sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem carmine perpetuo celebrare.*

omnis tenuissim. p.: lauter ganz kleine Stückchen.

esse videatur. Illuc enim rapiam, ubi non seclusa aliqua acula teneatur, sed unde universum flumen erumpat: qui illi sedis et quasi domicilia omnium argumentorum commonstret et ea breviter illustret verbisque definiat. Quid enim est, in quo 163.
haereat, qui viderit omne, quod sumatur in oratione aut ad probandum aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi atque natura aut adsumi foris? Ex sua vi, cum aut res quae sit tota quaeratur, aut pars eius aut vocabulum quod habeat aut quippiam, rem illam quod attingat: extrinsecus autem, cum ea, quae sunt foris neque inhaerent in rei natura, colliguntur. Si res tota quaeritur, definitione universa explicanda est, sic: 164.
Si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset, populi Romani potestati tradidit. Sin pars 165.
partitione, hoc modo: Aut senatui parendum de salute rei publicae fuit aut aliud consilium instituendum aut sua sponte faciendum; aliud consilium, superbum; suum, adrogans; uten-

illuc, d. h. *ad Aristotelem*, vgl. 21, 89: *eodem*, daher *qui commonstret*. *acula*. Dieselbe Form findet sich I. 7. 28: *sedis*. s. z. 28, 121: *locis*.

163. *ex sua sumi vi*, d. h. aus dem Wesen der zu beweisenden Sache. Ueber *sua* s. z. 47, 195 und zum Inhalt vgl. Aristot. Rhet. I. 2 zu 27, 116 u. Anaxim. art. rhet. c. 7: *εἰσὶ δὲ δύο τρόποι τῶν πίστεων· γίνονται γὰρ αἱ μὲν ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἀνθρώπων, αἱ δ' ἐπίθετοι τοῖς λεγομένοις καὶ τοῖς πραττομένοις· τὰ μὲν γὰρ εἰκότα καὶ παραδείγματα καὶ τεκμήρια καὶ ἐνθυμήματα καὶ αἱ γνῶμαι καὶ τὰ σημεῖα καὶ οἱ ἔλεγχοι πίστεις ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν πραγμάτων εἰσίν. ἐπίθετοι δὲ δόξα τοῦ λέγοντος μαρτυρία βάσανοι ὅρκοι.*

attingat = pertineat ad —; vgl. de off. I. 22, 76: *Quamquam haec quidem res non solum ex domestica est ratione; attingit etiam bellicam, quoniam vi manuque confecta est*, u. o.

164. *universa vis*: der Gesammtbegriff.

Si maiestas cet. So konnte Antonius den Norbanus rechtfertigen, als diesem im J. 94 wegen seiner Anklage des Q. Servilius Cäpio (im J 105) von Sulpicius der Prozess gemacht wurde. Vgl. 47, 197 ff. und de part. or. 30, 105: *non minuit maiestatem, quod egit de Caepione turbulentius: populi enim Romani dolor iustus vim illam excitavit, non tribuni actio; maiestas autem, quoniam est magnitudo quaedam populi Romani in eius potestate ac iure retinendo, aucta potius est quam deminuta.*

165. *consilium*, vgl. III. 1, 2: *quem (Philippum) dixisse constabat videndum sibi esse aliud consilium; illo senatu se rem publ. gerere non posse.* Der ganze Satz enthält einen Rechtfertigungsgrund, dessen sich Carbo in der Vertheidigung des Opimius bediente. Uebrigens ist hier *consilium* ebenso wie 9, 36 *vita* in doppelter Bedeutung gebraucht.

sua sponte: selbständig, wofür auch mit Beziehung auf ein bestimmtes Subject *ipse per se* stehen kann.

superbum bezeichnet hier die Auflehnung gegen die staatliche Ordnung: revolutionair.

dum igitur fuit consilio senatus. Si ex vocabulo, ut Carbo: Si consul est, qui consulit patriae, quid aliud fecit Opimius?
166. Sin ab eo, quod rem attingit, plures sunt argumentorum sedes ac loci. Nam et coniuncta quaeremus et genera et partis generibus subiectas et similitudines et dissimilitudines et contraria et consequentia et consentanea et quasi praecurrentia et repugnantia et causas rerum vestigabimus et ea, quae ex
40. 167. causis orta sint, et maiora, paria, minora quaeremus. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metellum tam pie lugere videatis. Ex genere autem: Si magistratus in populi Romani esse potestate debent, quid Norbanum accusas, cuius tribunatus
168. voluntati paruit civitatis? Ex parte autem ea, quae est subiecta generi: Si omnes, qui rei publicae consulunt, cari nobis esse debent, certe inprimis imperatores, quorum consiliis, virtute, periculis retinemus et nostram salutem et imperii dignitatem. Ex similitudine autem: Si ferae partus suos diligunt, qua nos
169. in liberos nostros indulgentia esse debemus? At ex dissimilitudine: Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia

---

166. *quod rem attingit*, die vierte Unter-Kategorie der *πίστεις ἔντεχνοι*, von denen bereits die *definitio*, *partitio*, *notatio* (*Si ex vocabulo*) vorher angeführt sind, nach Top. 9, 38: *is locus, qui constat ex eis rebus, quae quodam modo adfectae sunt ad id, de quo ambigitur:* die Kategorie des Zusammenhangs mit dem controversen Gegenstand. Im Folgenden werden die Special-Kategorien derselben aufgezählt. Vgl. die Inhaltsübersicht.

coniuncta: Worte von demselben Stamm; *partis*: der klassische Ausdruck für: Arten, wofür *species* seltener vorkommt.

vestigabimus, wie III. 23, 88: *quod cum desidiosa delectatione vestiges.*

40. 167. Q. Metellus, der Sohn des Numidicus, erhielt den Beinamen Pius, weil er sich bei dem Tribunen Furius fussfällig für seinen im J. 100 verbannten Vater verwendete.

quid Norbanum accusas, d. h. und nicht vielmehr das römische Volk selbst?

cuius tribunatus: der in seinem Tribunat, eine Personification der Sache, wie p. Mur. 18, 37: *munus amplissimum*, *quod petitio praeturae desiderabat*, *praetura restituit.*

168. *quorum consiliis — retinemus*: deren Rathschlägen — wir es zu verdanken haben, dass wir noch besitzen. Dieser Abl. des factischen Grundes kann auch durch *beneficio* mit einem Gen., selbst eines Sachnamens, umschrieben werden; vgl. ad Qu. fr. I. 1, 1, § 6: *nostri consulatus beneficio se incolumis fortunas habere arbitrabantur.*

qua nos —. Diese rhetorische Form des Nachsatzes findet sich besonders nach condicionalen, aber auch nach causalen und temporalen Vordersätzen; vgl. unten § 170 u. Tusc. disp. V. 1, 2; I. 23, 54. Seltener gehen concessive Vordersätze voran, wie oben 11, 45: *ut nemo tradat.*

sempiternum tempus spectare debent. Atque utroque in genere et similitudinis et dissimilitudinis exempla sunt ex aliorum factis aut dictis aut eventis et fictae narrationes saepe ponendae. Iam ex contrario: Si *Ti.* Gracchus nefarie, praeclare Opimius. Ex consequentibus: Si et ferro interfectus ille et tu inimicus 170.
eius cum gladio cruento comprehensus in illo ipso loco et nemo praeter te ibi visus est et causa nemini et tu semper audax, quid est quod de facinore dubitare possimus? Ex consentaneis et ex praecurrentibus et ex repugnantibus, ut olim Crassus adulescens: Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt. Simulasse te et aliquid quaesisse perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem saepe in contionibus deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod eam legem in tribunatu tulisti, quod semper a bonis dissedisti. Ex causis autem rerum sic: Avaritiam si tollere voltis, mater 171.
eius est tollenda, luxuries. Ex iis autem, quae sunt orta de causis: Si aerarii copiis et ad belli adiumenta et ad ornamenta pacis utimur, vectigalibus serviamus. Maiora autem et minora 172.
et paria comparabimus sic: ex maiore: Si bona existimatio divitiis praestat et pecunia tanto opere expetitur, quanto gloria magis est expetenda! ex minore:

---

169. *spectare* hat in der übertragenen Bedeutung 'auf etwas gerichtet sein oder hinzielen' stets den blossen Acc. bei sich. Vgl. 50, 204.

nefarie. Ueber die Auslassung von *fecit* s. z. 9, 38: *id quod multi.*

170. *Ex consequentibus,* d. h. aus den Umständen, welche der Zeit nach der That folgten.

Ex consentaneis cet. Diese drei *loci* finden sich in dem folgenden Beispiel vereinigt.

olim: bei der Anklage des Carbo durch Crassus, s. z. 25, 106.

Non, si. Wird aus einem Bedingungssatz eine negative Folgerung gezogen, so steht immer *non* voran; *isti*: die Richter. Zur Sache vgl. de leg. III. 16, 35: *Carbonis est tertia (lex) de iubendis legibus ac vetandis, seditiosi atque improbi civis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre.*

necis (der Ermordung) *socius.* Vgl. ad fam. 9. 21, 3: *Gaius (Carbo) accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur: is et tribunus pl. seditiosus et P. Africano vim attulisse* (129 v. Chr.) *existimatus est.* Mit dem Ausdruck vgl. Brut. 1, 2: *socium potius et consortem gloriosi laboris amiseram.*

eam legem: das bewusste Gesetz, neml. *ut eundem tribunum plebi quotiens vellet creare liceret.* Das Gesetz wurde von P. Africanus hintertrieben, vgl. Lael. 25, 96; *in tribunatu*: 131 v. Chr.

171. *serviamus*: Bedacht nehmen auf —, synonym mit *consulere,* wie auch die Composita *inservire* und *deservire,* durch welche nur der Begriff der Beflissenheit noch gesteigert wird.

172. *ex maiore.* Dass das folgende Beispiel vielmehr einen Beleg für den Schluss *a minore* enthält, ist leicht ersichtlich.

Hic párvae consuetúdinis
Causa húius mortem tám fert familiáriter:
Quid si ípse amasset? quíd hic mihi faciét patri?

Ex pari: Est eiusdem et eripere et contra rem publicam lar-
173. giri pecunias. Foris autem adsumuntur ea, quae non sua vi, sed extranea sublevantur, ut haec: Hoc verum est; dixit enim Q. Lutatius. Hoc falsum est; habita enim quaestio est. Hoc sequi necesse est; recit*a* enim tabulas. De quo genere toto paulo ante dixi.

41. 174. Haec, ut brevissime dici potuerunt, ita a me dicta sunt. Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ipse sibi foderet et id, quod vellet, parvo labore, nullo errore, inveniret, sic has ego argumentorum *recog*novi notas quaerenti*que* demonstravi,
175. ubi sint: reliqua cura et cogitatione eruuntur. Quod autem argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat, non est artis exquisitae praescribere, sed est mediocris

---

hic parvae cet., aus Terenz' Andria I. 1, 83, wo Simo die Empfindung seines Sohnes Pamphilus über das Ableben der jüngst bestatteten Chrysis schildert; *tam familiariter* = *tam dolenter*, *tamquam familiaris esset.*

contra rem p.: zum Nachtheil des Staats, Gegentheil von *e rep.* Daraus ist zu *eripere* der Dat. *rei publ.* zu ergänzen.

173. *adsumuntur*: die τρόποι ἐπίθετοι τοῖς λεγομένοις καὶ τοῖς πραττομένοις, s. z. 39, 163; *sublevantur* = nituntur.

recita. Die Aufforderung ist an den Gerichtsdiener gerichtet, welcher während der Verhandlung zur Vorlesung öffentlicher Urkunden aufgefordert zu werden pflegte. Vgl. de leg. agr. II. 18, 47: *Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Romani auctionem.*

paulo ante: 27, 116.

41. 174. *has ego,* s. z. 32, 138. Zu der ganzen Stelle vgl. I. 46, 203: *equidem vobis*, *quoniam ita voluistis*, *fontis*, *unde hauriretis*, *atque itinera ipsa ita putavi esse demonstranda*, *non ut ipse dux essem*, *quod et infinitum est et non necessarium*, *sed ut commonstrarem tantum viam et*, *ut fieri solet*, *digitum ad fontis intenderem.*

argumentorum notas, vgl. or. 14, 46: *idemque* (*Aristoteles*) *locos* — *sic enim appellat* — *quasi argumentorum notas tradidit*, *unde omnis in utramque partem traheretur oratio.*

recognovi = *recensui*: in der Erinnerung wiederholen, durchgehen, wie in Cat. I. 3, 6: *luce sunt clariora nobis tua consilia omnia*, *quae iam mecum licet recognoscas;* in Verr. act. pr. 5, 15: *neque enim mihi videtur haec multitudo* — *cognoscere ex me causam voluisse*, *sed ea*, *quae scit*, *mecum recognoscere;* de leg. III. 16, 37: *non recognoscimus nunc leges populi Rom.*, *sed aut repetimus ereptas aut novas scribimus.*

reliqua cet., vgl. 35, 150 u. 149. Gemeint ist die Ermittelung und Auswahl der zutreffenden Argumente selbst und ihre Anwendung auf den einzelnen Fall.

175. *non est* cet.: dies zum Bewusstsein zu bringen ist nicht Sache

ingenii indicare. Neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus usus nostri quasi quaedam monita tradamus. His igitur locis in mente et cogitatione defixis et in omni re ad dicendum posita excitatis nihil erit quod oratorem effugere possit non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere dicendi. Si vero adsequetur, ut talis videatur, qualem se videri 176.
velit, et animos eorum ita adficiat, apud quos aget, ut eos, quocumque velit, vel trahere vel rapere possit, nihil profecto praeterea ad dicendum requiret. Iam illud videmus nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. Tractatio autem varia esse debet, ne aut cognoscat 177.
artem qui audiat aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet quid adferas et quare ita sit ostendere: ex iisdem illis locis interdum concludere, relinquere alias alioque transire;

---

einer ausnehmend feinen Theorie, welche Vorschriften aufstellt, sondern eines gewöhnlichen Verstandes, welcher zu urtheilen vermag.

Neque enim, Begründung des zu ergänzenden Gedankens: darum will ich auch nicht weiter darauf eingehen.

usus nostri, Gen. der Ursache, wie in Verr. V, 46, 121: *avaritiae volnera*: Wunden, welche dir deine Habsucht geschlagen: *monita*: Winke.

effugere, nicht *fugere*, wegen des von der Jagd entlehnten Bildes *excitatis* (eig. aufjagen, daher: hervorholen, sich vergegenwärtigen): vgl. 34, 147.

176. *ut talis* cet. Vgl. I. 19, 87: *Caput enim (Menedemus) arbitrabatur esse oratoris, ut et ipse eis, apud quos ageret, talis, qualem se esse optaret, videretur* (das *conciliare*); *id fieri vitae dignitate, de qua nihil rhetorici isti doctores in praeceptis suis reliquissent; et uti ei, qui audirent, sic adficerentur animis, ut eos adfici vellet orator* (das *movere*).

vel trahere vel rapere, d. h. langsam oder in reissendem Fluge irgend wohin lenken. Jenes geht auf die Ueberredung, dieses auf die Erschütterung.

Iam illud cet. Durch den Gedanken an das *conciliare* und *permovere*, bei welchen oratorischen Thätigkeiten eine ganz besondere Kunst in der Behandlung des rednerischen Stoffes erforderlich ist, wird Antonius veranlasst, vorher noch einige kurze Bemerkungen über die *tractatio* der *argumenta*, deren *loci* er bis jetzt nur angegeben hat, nachholend hinzuzufügen.

177. *Proponi* (s. z. 8, 33) — *ostendere*. In Bezug auf den Wechsel des *genus verbi* vgl. Brut. 52, 196: *opinione quaeri voluntates et interpretatione disertorum scripta simplicium hominum pervertere.* Mit *similitudinis satietate* vgl. § 175: *usus nostri*, und hinsichtlich des Inhalts III, 50, 193: *Horum vicissitudines efficient ut neque ei satientur, qui audient, fastidio similitudinis nec nos id, quod faciemus, dedita opera facere videamur.*

concludere: einen vollständigen Schluss bilden; *relinquere* (neml. das *concludere*) = *missum* oder *reliquum facere*, wie I. 15, 68: *duo illa relinquamus atque largiamur inertiae nostrae.*

saepe non proponere ac ratione ipsa adferenda quid proponendum fuerit declarare; si cui quid simile dicas, prius ut simile [dicas] confirmes; deinde quod agitur, adiungas; interpuncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

42. 178. Haec properans ut *et* apud doctos et semidoctus ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora veniamus. Nihil est enim in dicendo, Catule, maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet, utique ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur. Plura enim multo homines iudicant odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotione mentis quam veritate aut praescripto aut iuris norma aliqua aut iudicii formula aut legibus.
179. Qua re, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus.

---

ac, wie 37, 156: *ac potius.*

simile: ein analoger Fall des in Rede stehenden Objects.

ut . . confirmes war nach *oportet*, das sonst bei Cic. nicht mit *ut* verbunden wird, möglich, weil dem Schriftsteller an dieser Stelle bereits der allgemeine Begriff des Vorschreibens vorschwebte.

interpuncta argumentorum, wie III. 46, 181: *interpuncta verborum*: Pausen oder Absätze zwischen den einzelnen Beweisgründen, damit durch kunstvoll vermittelnde Uebergänge (*verbis confusa*) der Charakter der natürlichen Ungezwungenheit gewonnen und der Eindruck einer mechanisch gebildeten Zahlenreihe vermieden werde. Zu *confusa* = *coniuncta* vgl. Tusc. disp. I. 11, 23: *Cuperem equidem utrumque, si posset, sed est difficile confundere*; de fin. V. 23, 67: *coniunctio confusioque virtutum.*

42. 178. Der Begriff *properans percurro* wird zweifach motivirt: sowohl durch das Bedürfniss der Zuhörer (s. 41, 175), als auch durch das unzulängliche Wissen des Redners.

audiet, das Fut. im Nebensatze, obgleich im regierenden Satze das Präs. steht, weil (in einer Vorschrift) ein allgemeiner Grundsatz auf einen einzelnen Fall der Zukunft übertragen wird, wie 71, 289: *volet;* I. 11, 48: *Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicet, ea, de quibus dicet, percepta sunt, exstare non potest.*

ipse — moveatur: der Richter, nicht blos der Redner, vgl. 45, 189 ff.

cupiditate aut iracundia, vgl. 44, 185: *aut cupiant aut abhorreant*; *errore*, vgl. 7, 30. Auch sonst wird öfters der *error* als ein wirksamer Factor in Betracht gezogen, z. B. part. or. 11, 38: *cum aut oblivio aut error aut metus aut aliqua cupiditatis causa permovit.* Der Abl. der Ursache bei einem Verb. trans. ist nicht eben häufig.

aliqua: überhaupt einer; vgl. z. 4, 17: *in aliquo genere;* de off. I. 7, 23: *aut ira aut aliqua permotione incitatus*, und vorher zu *errore.*

veritate, s. 8, 31.

praescripto: obrigkeitliche Vorschrift, *iuris norma:* allgemeine Rechtsnorm, *iudicii formula:* besondere von dem Prätor für den speciellen Fall festgesetzte Gerichtsformel, in welcher die Strafe für den Fall der Verurtheilung bestimmt war.

Paulum, inquit Catulus, etiam nunc deesse videtur iis
rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum,
quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. Quidnam? in-
quit. Qui ordo tibi placeat, inquit Catulus, et quae dispositio
argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles.
Vide quam sim, inquit, deus in isto genere, Catule. Non her- 180.
cule mihi nisi admonito venisset in mentem, ut possis existi-
mare me in ea, in quibus non numquam aliquid efficere vi-
deor, usu solere in dicendo vel casu potius incurrere. Ac
res quidem ista, quam ego, quia non memineram, sic tam-
quam ignotum hominem praeteribam, tantum potest in di-
cendo, ut ad vincendum nulla plus possit: sed tamen mihi
videris ante tempus a me rationem ordinis et disponendarum
rerum requisisse. Nam si ego omnem vim oratoris in argu- 181.
mentis et in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus
esset iam de ordine argumentorum et de collocatione aliquid
dicere; sed cum tria sint a me proposita, de uno dictum, cum
de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda
tota oratione quaerendum.

Valet igitur multum ad vincendum probari mores et in- 43. 182.
stituta et facta et vitam eorum, qui agent causas, et eorum, pro
quibus, et item improbari adversariorum animosque eorum,
apud quos agetur, conciliari quam maxime ad benevolentiam
cum erga oratorem tum erga illum, pro quo dicet orator.
Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existi-

---

179. *intendere*, s. z. 21, 89; *deus*, wie I. 23, 106: *Equidem te — in dicendo semper putavi deum.* Vgl. Brut. 37, 139: *Omnia veniebant Antonio in mentem, eaque suo quaeque loco, ubi plurimum proficere et valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maxime opportunis orationis partibus conlocabantur.*

180. *quam sim*, s. z. 31, 133; *genere*, wie 1, 4.

nisi admonito cet., eine ähnliche Fiction wie 60, 244: *Non mehercule in mentem mihi quidem venit*, durch welche hier der erwähnte Vorzug als ein auf natürlicher Begabung oder auf Uebung beruhender, nicht durch theoretisches Studium gewonnener bezeichnet werden soll.

sic tamquam, vgl. z. 30, 130: *sic illi.*

potest = *valet*, wie Tusc. disp. II. 14, 34: *Quid ergo? hoc pueri possunt: viri non poterunt?* de or. I. 20, 89; 26, 120.

181. *dictum*, neml. *sit; tum denique*, s. z. 34, 146.

43. 182. *mores et instituta* (Lebensgrundsätze) *et facta* = Denk- und Handlungsweise, wofür oft noch kürzer *consilia factaque* steht; *vitam* fasst die vorhergehenden Begriffe abschliessend zusammen. Mit der ganzen Stelle ist Aristot. Rhet. I. 2 und II. 1 zu vergleichen.

conciliari, prägnant für *conciliando adduci*, daher *ad benevolentiam.*

rebus gestis bezeichnet mehr als das vorhergehende *facta:* hervorragende (öffentliche) Thaten.

matione vitae; quae facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed haec adiuvant in oratore: lenitas vocis, voltus pudor [is significatio], verborum comitas; si quid persequare acrius, ut invitus et coactus facere videare. Facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non avidi signa proferre perutile est; eaque omnia, quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant abalienantque ab iis, in quibus haec non sunt. Itaque eadem
183. sunt in adversarios ex contrario conferenda. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellit, in quibus minus potest inflammari animus iudicis acri et vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, summissa, lenis, quae maxime commendat reos. Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnis, quorum
184. de re disceptatur: sic enim olim loquebantur. Horum igitur exprimere mores oratione iustos, integros, religiosos, timidos, perferentis iniuriarum mirum quiddam valet; et hoc vel in principiis vel in re narranda vel in perorando tantam habet vim, si est suaviter et cum sensu tractatum, ut saepe plus quam causa valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris effingat oratio. Genere

---

si modo, nicht *dum modo*, weil kein Wunsch, sondern lediglich eine Bedingung ausgedrückt wird: wenn anders, wenn überhaupt; vgl. 38, 157.

in oratore an das Ende des Satzes gestellt, um hier den Gegensatz zu dem Clienten hervorzuheben, während das Uebrige ohne Unterschied von beiden gilt.

voltus s. 35, 148 und III. 59, 221: *animi est enim omnis actio et imago animi voltus, indices oculi;* or. 18, 60: *Voltus vero, qui secundum vocem plurimum potest, quantam adferet tum dignitatem tum venustatem! In quo cum effeceris ne quid ineptum aut voltuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio. Nam ut imago est animi voltus, sic indices oculi; quorum et hilaritatis et vicissim tristitiae modum res ipsae de quibus agetur temperabunt.*

pietatis: Anhänglichkeit, wie die des Antonius an den Norbanus.

183. *excellit:* gelangt vorzüglich zur Geltung.

reos, s. 19, 78. Auch die Redner selbst können damit bezeichnet werden.

184. *timidos*: schüchtern, d. i. bescheiden.

perferentis, das Part. Praes. als Adjectivum, mit der Bedeutung einer Geneigtheit oder Fähigkeit zu etwas, vgl. 87, 358: *imaginibus autem agentibus;* 89, 364: *tam sui despiciens.*

cum sensu: mit Gefühl, vgl. III. 25, 96: *ut sensus, ut doloris habeat quantum opus sit, non est singulorum articulorum.*

sensu quodam ac rat. dic.: durch einen gefühlvollen und wohlüberlegten Vortrag; vgl. z. 16, 68: *serie disputationum;* 32, 141.

enim quodam sententiarum et genere verborum, adhibita etiam actione leni facilitatemque significanti efficitur, ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videamur. Huic autem est illa 44. 185.
dispar adiuncta ratio orationis, quae alio quodam genere mentis iudicum permovet impellitque ut aut oderint aut diligant aut invideant aut salvum velint aut metuant aut sperent aut cupiant aut abhorreant aut laetentur aut maereant aut misereantur aut poenire velint aut ad eos motus deducantur, si qui finitimi sunt [de propinquis ac talibus animi permotionibus].
Atque illud optandum est oratori, ut aliquam permotionem 186.
animorum sua sponte ipsi adferant ad causam iudices ad id, quod utilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim currentem, ut aiunt, incitare quam commovere languentem. Sin id aut non erit aut erit obscurius, sicut medico diligenti, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est, sic equidem cum aggredior in ancipiti causa et gravi ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer,

---

quodam sent. hier = *proprio quodam.* Bemerkenswerth ist die in den folgenden Adjectiven *probi — boni* (edel) enthaltene Steigerung.

44. 185. *impellitque.* So werden gern die Prädicate von zwei coordinirten Sätzen durch *que* verbunden und unmittelbar neben einander gestellt. Die Bedeutung von *invideant* ergibt sich aus dem Gegensatze *salvum velint*: abgeneigt, feindselig gesinnt sein.

cupiant, neml. *reo*: gewogen sein. Vgl. ad fam. X. 4, 4: *certe et tibi, cui maxime cupio, et omnibus viris bonis, satis faciam* und oben 42, 178: *cupiditate.*

poenire. Diese in den Hdschr. öfters vorkommende Form findet sich auch als Dep., z. B. Tusc. disp. I. 44, 107: *multi inimicos etiam mortuos poeniuntur.*

deducantur. Vgl. 45, 189: *ut ad fletum misericordiamque deducatur; si qui:* welche etwa, alle die, welche, wie de fin. III. 9, 31: *Circumscriptis igitur iis sententiis, quas posui, et iis, si quae similes earum sunt, relinquitur* cet.

186. *feret:* erfordern wird, wie de leg. agr. II. 28, 77: *si ita commodum vestrum fert.*

ut aiunt, vgl. z. 10, 39: *ut ait.* Besonders wird *ut aiunt* zur Einführung sprüchwörtlicher Redensarten gebraucht.

sicut medico diligenti cet.: so mache ich es ebenso, wie ein gewissenhafter Arzt; wie dieser nemlich cet. Der Gedanke ist aus Plat. Phädr. p. 270 B. entlehnt.

aegro, substantivisch, wegen der gegensätzlichen Verbindung mit dem Subst. *medico.* Vgl. 25, 105: *futuri* u. *instantis.*

ad — pertractandos: auf die Empfindungen der Richter energisch einzuwirken; vgl. 8, 32 und I. 51, 222: *ita peragrat per animos, ita sensus hominum mentisque pertractat.*

cogitatione curaque, vgl. 41, 174.

quam sagacissime possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint, quo deduci oratione facillime posse
187. videantur. Si se dant et, ut ante dixi, sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Sin est integer quietusque iudex, plus est operis. Sunt enim omnia dicendo excitanda, nihil adiuvante natura. Sed tantam vim habet illa, quae recte a bono poëta dicta est flexanima atque omnium regina rerum oratio, ut non modo inclinantem excipere aut stantem inclinare, sed etiam adversantem ac repug-
45. 188. nantem ut imperator fortis ac bonus capere possit. Haec sunt illa, quae me ludens Crassus modo flagitabat, cum a me divinitus tractari solere diceret et in causa M' Aquilii Gaique Norbani nonnullisque aliis quasi praeclare acta laudaret; quae mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, voltu, gestu, digito denique isto tuo significari solet; tantum

---

odorer und *sagacissime:* von den Spürhunden gebrauchte Ausdrücke.

187. *se dant:* sich fügen oder hingeben, d. h. empfänglich sind.

inclinant atque propendent, vgl. 29, 129: *inclinatione voluntatis propendeat.*

ad id — vela do: ich richte meine Segel dahin, stelle sie nach der Richtung hin, woher u. s. w. (d. h. ich suche in die wahrgenommene Luftströmung zu gelangen oder richte die Segel nach dem Winde; vgl. or. 23, 75: *nunc quidem iam quocumque feremur danda nimirum vela sunt.*

integer: unentschieden, neutral.

poëta, neml. Pacuvius (Neffe des Ennius, geb. zu Brundusium 221, gest. zu Tarent 130) in seiner Hermione. Der Vers lautete vollständig:

ó flexanima atqúe ómnium regína rerum orátio,

nach Eurip. Hecuba 816:

πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην.

excipere: mit seinen Armen auffangen, um dann mit ihm nach Belieben zu verfahren. S. z. 35, 148 und vgl. p. Rab. Post. 16, 43: *equitem Romanum — non turpibus impensis atque iacturis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit.*

adversantem ac repugnantem, ein ἓν διὰ δυοῖν: den hartnäckig Widerstrebenden oder heftigen Widerstand Leistenden.

imperator. Vgl. die zu 42, 179 citirte Stelle.

45. 188. *modo:* 29, 127.

quae meh., adversativ: aber das ist grade das, was u. s. w., wie oben 37, 154 und in Verr. IV. 4, 7: *tot cupidi, tot improbi, tot audaces, quorum nemo sibi tam vehemens — visus est qui ex illo sacrario quicquam poscere aut tollere aut attingere auderet.*

digito, d. i. dem Zeigefinger. Vgl. Quint. XI. 3, 94: *At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando et indicando, unde et ei nomen est, valet.*

est flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris.

Neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut 189.
invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes illi motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. Quod si fictus aliquis dolor suscipiendus esset et si in eius modi genere orationis nihil esset nisi falsum atque imitatione simulatum, maior ars aliqua forsitan esset requirenda. Nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio: de me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. Non mehercule umquam apud iudices aut dolorem aut misericordiam aut invidiam aut odium dicendo excitare volui, quin ipse in commovendis iudicibus iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer. Neque 190.
est enim facile perficere, ut irascatur ei, cui tu velis, iudex,

integrae, hier: natürlich, ungeschminkt.

fuco, vgl. III. 25, 100: *Atque eo citius in oratoris aut in poëtae cincinnis offenditur, quod — in scriptis et in dictis non aurium solum sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.* Ueber den attributiven Gebrauch der präpositionellen Bestimmung s. z. 7, 28: *de schola.*

videaris, eine bei Cic. seltenere Form der 2. P. Coni. Pass. statt *videare;* vgl. unten § 190. Hier scheint sie wegen des vorhergehenden *ardere* aus euphonischen Gründen vorgezogen zu sein.

189. *Neque* cet. Vgl. or. 38, 132: *nec umquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio;* Hor. de art. poet. 101:

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani voltus; si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent.

Auch Quint. äussert sich VI. 2, 26 ganz ähnlich und hat wahrscheinlich diese Stelle Cicero's vor Augen.

adhibere, wie 44, 186: *adhibere medicinam* und 205: *adhibendae sunt faces.* Die Wiederholung des Wortes *orator* erklärt sich daraus, dass Cic. in Vergleichungen und Gegensätzen die vollständige Ausprägung des Gedankens liebt, wodurch eine gewisse Weitschweifigkeit unvermeidlich wird.

impressi atque inusti, etwa: wenn nicht — sichtlich den Redner selbst in der Tiefe seiner Brust mächtig ergriffen haben. Zu *inusti*, der Bezeichnung eines unvertilgbaren Males, vgl. de har. resp. 25, 55: *inest hoc tempore haud obscurum odium atque id insitum penitus et inustum animis hominum amplissimorum*; de dom. 34, 92.

suscipiendus, vgl. 8, 34: *suscipienda veritate.* Durch *imitatione simulatum* ist das Pass. von *imitari* umschrieben.

Nunc setzt dem fingirten und zurückgewiesenen Fall den wirklichen entgegen, wie Tusc. disp. I. 8, 15; III. 1, 2; IV. 24, 54 u. o.

si tu ipse id lente ferre videare; neque ut oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit; neque ad misericordiam adducetur, nisi tu ei signa doloris tui verbis, sententiis, voce, voltu, collacrimatione denique ostenderis. Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quae nisi admoto igni ignem concipere possit, sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quae possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam et ardens accesseris.

46. 191. Ac, ne hoc forte magnum ac mirabile esse videatur, hominem totiens irasci, totiens dolere, totiens omni motu animi concitari, praesertim in rebus alienis, magna vis est earum sententiarum atque eorum locorum, quos agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit simulatione et fallaciis. Ipsa enim natura orationis eius, quae suscipitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis etiam quam quemquam
192. qui audiunt, permovet. Et ne hoc in causis, in iudiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in civitate, in foro accidere miremur, cum agitur non solum ingenii nostri existimatio — nam id esset levius; quamquam, cum professus sis te id posse facere, quod pauci, ne id quidem neglegendum est; sed alia sunt maiora multo, fides, officium, diligentia,

---

190. *id lente ferre:* gegen die besprochene Sache, wegen welcher die Richter dem Gegner zürnen sollen, gleichgiltig sein. Mit *id* vgl. 40, 170: *eam legem.*

ad exardescendum, eine Umschreibung für unser 'entzündlich', wie 50, 202: *ad ignoscendum.*

igni. Vgl. Quint. VI. 2, 27: *Nec incendit nisi ignis, nec madescimus sine humore, nec res ulla dat alteri calorem, quem non ipsa habeat.*

46. 191. *mirabile*, vgl. z. 3, 12: *admirati; dicendo*, s. z. 22, 90: *imitando.*

nihil ut. S. z. 1, 2: *nullam ut.* Folgt *sed ut*, so ist diese Wortstellung nothwendig.

192. *in causis*, *in iudiciis*, s. z. 33, 144. Es sind zwei Gruppen von Begriffen, deren jede aus drei Gliedern besteht, von denen das letzte die beiden vorhergehenden umfasst.

professus sis: man u. s. w., daher der Conj. Vgl. 11, 48: *praecipias.*

pauci. Vgl. I. 8, 31: *Quid enim est aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum exsistere unum, qui id, quod omnibus natura sit datum, vel solus vel cum paucis facere possit.*

sed alia sunt cet., anakoluthisch statt *sed etiam aliarum rerum multo maiorum, fidei, officii, diligentiae, sc. existimatio agitur;* aber die Fortsetzung hat sich hier, wie oft, nicht dem entsprechenden vorhergehenden Gliede (*non solum ingenii nostri*), sondern der Parenthese angeschlossen (obgleich auch dieser Anschluss ungenau ist, weil es sonst heissen müsste: *sed aliud est maius multo, cum fidei cet. existimatio agitur*), so dass die Parenthese weiter fortgeführt zu werden scheint. Vgl. Tusc. disp. I. 17, 40: *Num*

quibus rebus adducti, etiam cum alienissimos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus haberi, existimare non possumus — sed, ut dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum quam versus, quam 193.
scena, quam fabulae? Tamen in hoc genere saepe ipse vidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur † spondaulia illa dicentis,

Ségregare abs te aúsu's aut sine íllo Salamina ingredi?
Néque paternum aspéctum es veritus?

Numquam illum aspectum dicebat, quin mihi Telamo iratus furere luctu filii videretur. At idem inflexa ad miserabilem sonum voce:

Cum aétate exacta índigem
Líberum lacerásti, orbasti, exstínxti; neque fratrís necis,

---

igitur dubitamus sicut pleraque — quamquam hoc quidem minime; persuadent enim mathematici terram in medio mundo sitam — obtinere, statt: *quin terra i. m. m. sita — obtineat.*

193. Mit *sed, ut dixi* wird der durch die Parenthese unterbrochene Gedanke wieder aufgenommen.

quid — fictum: wo kann mehr Erfindung herrschen?

vidi ut, s. z. 35, 151; *ex persona*: d. h. durch die Augenöffnungen der Gesichtsmaske hindurch.

hominis histrionis. So wird bei Standesbezeichnungen in der Regel *homo* hinzugefügt.

spondaulia illa: alte, aber unsichere Conjectur statt des hdschrftl. *spondalli,* womit ein in die Tragödie eingelegtes Lied bezeichnet wurde. Wenn diese Lesart von Cic. selbst herrühren sollte, so würde er sich ungenau ausgedrückt haben, da *dicentis* beweist, dass die folgenden Verse nicht gesungen wurden. Auch insofern hat die ganze Stelle etwas Auffälliges, als *mihi* nach dem vorhergehenden *vidi* nicht zu erwarten war.

Ségregare (*scil. Aiacem*) cet. Diese trocheischen Septenare aus dem Teucer des Pacuvius sind Worte des Telamon, welche er schmerzerfüllt zu dem ohne seinen Bruder heimgekehrten Teucer spricht. Letzterer wurde deshalb von seinem Vater verbannt und gründete auf Cypern ein zweites Salamis. Vgl. Hor. od. I. 7, 21 ff.

illum aspectum = *illud vocabulum aspectus.* In dieser Weise wird bisweilen bei der Anführung einzelner Worte *nomen, vocabulum* od. *verbum* weggelassen und das anzuführende Wort in dem vom Satze erforderten Casus mit *ille,* das die Stelle des Artikels vertritt, verbunden; vgl. de deor. n. II. 3, 7: *ex quo illa* (die Ausdrücke) *ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur;* de or. III. 38, 154: *ut ille senius desertus.*

At: in abgeschwächter Bedeutung und nur zur Einführung eines neuen Begriffes dienend = andrerseits. Vgl. de div. I. 34, 74: *Quid? — cum in Herculis fano — simulacrum multo sudore manavit? At eodem tempore Thebis — in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt.*

indigem liberum: da er die Verstossung des Teucer bereits beschlossen hat; also eine πρόληψις.

Néque eius gnati párvi, qui tibi ín tutelam est tráditus, — flens ac lugens dicere videbatur. Quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen [recte] agere sine dolore non poterat, quid Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse?
194. Fieri nullo modo potuit. Saepe enim audivi poëtam bonum neminem — id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt — sine inflammatione animorum exsistere
47. posse et sine quodam adflatu quasi furoris. Quare nolite existimare me ipsum, qui non heroum veteres casus fictosque luctus velim imitari atque adumbrare dicendo neque actor sim alienae personae, sed auctor meae, cum mihi M' Aquilius in civitate retinendus esset, quae in illa causa peroranda fecerim, sine magno
195. dolore fecisse. Quem enim ego consulem fuisse, imperatorem ornatum a senatu, ovantem in Capitolium ascendisse meminissem,

---

gnati parvi: des Eurysaces, des Sohnes des Ajas und der Tekmessa; zu ergänzen ist etwa *rationem habuisti.*

Quid Pacuvium putatis cet.: sollte etwa wohl Pacuvius gewesen sein? *Quid* dient in solchen durch ein Verbum des Denkens ausgedrückten Fragen, von denen ein Acc. c. Inf. abhängt, lediglich zur Einleitung der Frage und ist gar nicht, die Verba des Meinens aber durch 'mögen' oder 'sollen' zu übersetzen.

Democritus aus Abdera, Schüler des Leukippus und Haupt der atomistischen Schule, zwischen 460 und 360. Vgl. de div. I. 37, 80: *Negat enim sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse, quod idem dicit Plato*, neml. Phädr. p. 245 A. Derselbe Gedanke findet sich in ähnlichen Wendungen Tusc. I. 26, 64; p. Arch. p. 8, 18.

194. *inflammatione.* Dies und *adflatus*, *instinctus* (*mentis*, *animi* oder *quasi furoris*), *furor* oder *concitatio*, *permotio* (*mentis*) sind die gewöhnlichsten Ausdrücke für 'Begeisterung' oder 'Inspiration'.

47. *adumbrare*: der Schauspieler kann den von ihm dargestellten Charakter immer nur im Umriss, d. h. mit annähernder Genauigkeit wiedergeben; *dicendo*, wie § 191.

auctor (der die Vertretung einer Sache übernimmt) bildet mit *actor* ein Wortspiel.

Aquilius, s. z. 28, 124.

consulem fuisse — ascendisse. Bei *memini* kann, auch wenn von der Erinnerung an etwas Selbsterlebtes die Rede ist, der Inf. Perf. stehen, wenn etwas Früheres in seiner Abgeschlossenheit oder seinen Resultaten einem späteren Zeitpunkt entgegengesetzt werden soll. Vgl. p. Rosc. Am. 42, 122: *Meministis me ita distribuisse causam;* p. Mil. 35, 96: *Meminit enim vocem sibi praeconis modo defuisse —; nunc denique, si haec contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare.*

195. *imperatorem ornatum:* mit dem Ehrentitel eines Feldherrn ausgezeichnet, = *ornandi causa appellatum;* vgl. 50, 203: *miscuisti;* 52, 209: *inflammanda.*

ovantem: es wurde ihm wegen der Unruhen des Bürgerkrieges nur der kleine Triumph für die Unterdrückung des zweiten Sklavenaufstandes auf Sicilien bewilligt.

hunc cum adflictum, debilitatum, maerentem, in summum discrimen adductum viderem, non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. Sensi equidem tum magno opere moveri iudices, cum excitavi maestum ac sordidatum senem et cum ista feci, quae tu, Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar nescio, sed motu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem.
Cum C. Marius maerorem orationis meae praesens ac sedens 196.
multum lacrimis suis adiuvaret cumque ego illum crebro appellans collegam ei suum commendarem atque ipsum advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem, non fuit haec sine meis lacrimis, non sine dolore magno miseratio omniumque deorum et hominum et civium et sociorum imploratio. Quibus omnibus verbis, quae a me tum sunt habita, si dolor afuisset meus, non modo non miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quam ob rem hoc vos doceo, Sulpici, bonus ego videlicet atque eruditus magister, ut in dicendo irasci, ut dolere, ut flere possitis.
Quamquam te quidem quid hoc doceam, qui in accusando so- 197.
dali [et quaestore] meo tantum incendium non oratione solum,

---

debilitatum, syn. mit *fractus*, mit welchem es oft verbunden erscheint, z. B. I. 26, 121: *simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.* S. oben 33, 142.

de qua cet.: von der bei mir nicht die Rede sein kann.

196. *C. Marius*, als sein College im Consulat im J. 101: *praesens ac sedens*: gegenwärtig und zwar (nicht zufällig, sondern) als einer von den Beisitzern des Gerichts (*advocati*), welche, wie z. B. I. 36, 166 Scävola, vermöge des Ansehens ihrer Person schon durch ihre stumme Anwesenheit dem Verklagten nützen konnten. Derselbe Ausdruck wird in Verr. III. 59, 135 von dem auf seinem Tribunal sitzenden Prätor gebraucht.

collegam suum. So wird das Pron. poss. auch auf ein Object (*ei*) bezogen, namentlich wenn es die Bedeutung von *proprius* hat oder bei der Bezeichnung von freundschaftlichen oder verwandtschaftlichen Verhältnissen. Vgl. Tusc. disp. I. 18, 41: *Dicaearchum vero cum Aristoxeno, aequali et condiscipulo suo, — omittamus.*

meis: unerkünstelte, wahre; *magno,* d. h. ebenfalls: tief empfunden.

habita. Dies Verbum wird nicht bloss von *oratio*, sondern auch von *sermo* und selbst von *verba* gebraucht; vgl. III. 1, 1.

videlicet: zur Bezeichnung der Ironie.

ut — possitis: weil in *doceo* der Begriff von *praecipio* enthalten ist; vgl. III. 24, 94: *novos magistros nihil intellegebam posse docere, nisi ut auderent.*

197. *sodali*: da Norbanus im Consulat des Antonius (99) sein Quästor gewesen war, s. § 200. An die *sodalitates*, d. h. zu politischen Zwecken gegründete und durch gemeinschaftliche *sacra* verbundene Genossenschaften, deren Mitglieder einander stets und besonders vor Gericht beizustehen verpflichtet waren, ist hier nicht zu denken.

oratione, d. h. den Inhalt der Rede; *vi:* mächtige Erregung, Leidenschaft.

sed etiam multo magis vi et dolore et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere? Habueras enim tu omnia in causa superiora: vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribuniciam in Caepionis gravi miserabilique casu in iudicium vocabas; deinde principem et senatus et civitatis, M. Aemilium, lapide percussum esse constabat; vi pulsum e templo L. Cottam et T. Didium, cum intercedere vellent ro-
48. 198. gationi, nemo poterat negare. Accedebat ut haec tu adulescens pro re publica queri summa cum dignitate existimarere; ego, homo censorius, vix satis honeste viderer seditiosum civem et in hominis consularis calamitate crudelem posse defendere. Erant optimi cives iudices, bonorum virorum plenum forum, vix ut mihi tenuis quaedam venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quaestor fuisset. Hic ego quid dicam me artem aliquam adhibuisse? Quid fecerim, narrabo. Si placuerit, vos meam defensionem
199. in aliquo artis loco reponetis. Omnium seditionum genera,

---

Habueras ebenso wie *concitaras*: das Plqupf. mit Rücksicht auf das, was Antonius darauf that; *omnia — superiora:* alles zu deinem Vortheil.

vim cet.: die Mittel, deren sich die Partei des Norbanus bediente, um den Cäpio zu stürzen; *fugam:* natürlich die von den Demokraten erzwungene Flucht der Optimaten.

M. Aemilius Scaurus, 115 und 107 Consul, 109 Censor und seitdem höchst einflussreicher *princeps senatus*, war gegen den Norbanus als Zeuge aufgetreten.

templo. Die *rostra* werden hier *templum*, die feierlich inaugurirte Stätte, genannt, um den Vorwurf zu steigern, da so der Gewaltact um so ruchloser erscheint.

L. Aurelius Cotta, Tribun im J. 95. Derselbe wird III. 11, 42 und 12, 46 wegen seines Haschens nach alterthümlicher und plumper Ausdrucksweise getadelt. T. Didius ist sonst nicht weiter bekannt.

48. 198. *Accedebat ut:* Ferner musste cet., neml. unter der gegebenen Voraussetzung oder Bedingung, deren Resultat hier angegeben wird. *Accedebat quod* würde nicht das innere Verhältniss von Ursache und Folge, sondern nur die einfache Thatsache bezeichnen. Vgl. Tusc. disp. I. 19, 43: *Accedit ut eo facilius animus evadat ex hoc aëre —, quod nihil est animo velocius.*

summa cum dignitate ist durch einen besonderen Satz hervorzuheben, etwa: Ferner musste es dir als Beweis höchst ehrenhafter Gesinnung ausgelegt werden, dass du cet.; *tu adulescens*: dem man ein geringeres Interesse für die conservative Partei weniger hätte anrechnen dürfen.

et crudelem: welcher grausam war (ohne u n d); *vix ut*, s. z. 46, 191: *nihil ut.*

excusationis: die sich auf die Entschuldigung gründete; vgl. 41, 175: *usus nostri monita.*

quod tamen, vgl. z. 22, 91.

reponetis: irgend wo in dem System einreihen, d. h. als ein Ergebniss der Theorie ansehen.

vitia, pericula collegi eamque orationem ex omni rei publicae nostrae temporum varietate repetivi conclusique ita, ut dicerem, etsi omnes semper molestae seditiones fuissent, iustas tamen fuisse non nullas et prope necessarias. Tum illa, quae modo Crassus commemorabat, egi; neque reges ex hac civitate exigi neque tribunos plebis creari neque plebiscitis totiens consularem potestatem minui neque provocationem, patronam illam civitatis ac vindicem libertatis, populo Romano dari sine nobilium dissensione potuisse; ac, si illae seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum. Quod si umquam populo Romano concessum esset, ut iure concitatus videretur, id quod docebam saepe esse concessum, nullam illa causa iustiorem fuisse. Tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Caepionis fugam, in deplorandum interitum exercitus. Sic et eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione refricabam et animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipsi propter iudicia ab-

199. *repetivi*: entlehnte das Material zu dieser Auseinandersetzung, vgl. 47, 197 und 30, 130: *disputatio; conclusique*, s. z. 44, 185: *impellitque; modo*: 28, 124.

consularem potestatem minui, neml. durch die eifersüchtigen Patricier, statt deren hier nicht ohne Absicht die *nobiles* genannt werden.

provocationem: die Anrufung des Volkes gegen die Entscheidung eines Magistrats.

continuo bezeichnet nach einem temporalen Vordersatze die unmittelbare Folge, nach einem Bedingungssatze die nothwendige Folgerung. In letzterem Falle ist es gewöhnlich mit der Negation verbunden und steht immer hinter derselben.

crimine. Die subjective Bedeutung von *crimen* 'Anschuldigung' geht auch bei Cicero schon öfter in die objective 'Gegenstand der Anklage' oder 'Verbrechen' über, wie hier und p. Cael. 25, 61: *haec causa est omnium horum scelerum atque criminum*.

ponendum in crimine = *crimen numerandum*, vgl. Tusc. disp. III. 7, 14: *confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur*; de leg. I. 16, 44: *ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia*.

refricabam, ursprünglich von vernarbten Wunden gesagt; jedoch wie hier auch ad fam. V. 17, 4: *de tuo autem filio, vereor — ne refricem meis litteris desiderium ac dolorem tuum*.

apud quos tum iudices cet. kurz für: *qui tum erant iudices, apud quos causa ageretur*. Vgl. Tusc. disp. I. 13, 29: *Quaere quorum demonstrentur sepulchra in Graecia* = *qui fuerint ii, quorum demonstrantur sepulchra*.

propter iudicia. Auf den Antrag des Consuls Cäpio sollen im J. 106 die Gerichte den Rittern und dem Senate übertragen, aber 104 durch die *lex* des Tribunen C. Servilius Glaucia wieder den Rittern allein

49. 200. alienati, renovabam [atque revocabam]. Quod ubi sensi me in possessionem iudicii ac defensionis meae constitisse, quod et populi benevolentiam mihi conciliaram, cuius ius etiam cum seditionis coniunctione defenderam, et iudicum animos totos vel calamitate civitatis vel luctu ac desiderio propinquorum vel odio proprio in Caepionem ad causam nostram converteram, tum admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis et mansuetudinis coepi: me pro meo sodali, qui mihi in liberum loco more maiorum esse deberet, et pro mea omni fama prope fortunisque decernere, nihil mihi ad existimationem turpius, ad dolorem acerbius accidere posse, quam si is, qui saepe alienissimis a me, sed meis tamen civibus saluti existimarer
201. fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem. Petebam a iudicibus, ut illud aetati meae, ut honoribus, ut rebus gestis, si iusto, si pio dolore me esse adfectum viderent, concederent; praesertim si in aliis causis intellexissent omnia me semper pro amicorum periculis, nihil umquam pro me ipso depre-

---

zurückgegeben worden sein. Wahrscheinlicher aber ist, dass es bei dem Versuche Cäpio's sein Bewenden hatte und sein Antrag gar nicht angenommen wurde.

renovabam ad odium: rief von neuem in den Rittern den Hass wach. Vgl. de inv. II. 15, 49: *auditoris animus aut renovatur ad ea, quae restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur;* in Pis. 36, 89: *quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti.*

49. 200. *constitisse in possessionem*, wie auch *esse* mit *in* und dem Acc. verbunden wird, wenn die Bewegung nach einem Punkte hin und zugleich die darauf folgende Ruhe an demselben bezeichnet werden soll: vgl. div. in Q. Caec. 20, 66: *ab exteris nationibus, quae in amicitiam populi Romani dicionemque essent.*

cum seditionis coniunctione, d. i. *cum seditionis coniunctio adesset*, vgl. 66, 266: *cum similitudine turpioris.*

in liberum loco, vgl. div. in Q. Caec. 19, 61: *Sic enim a moioribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere; nullam neque iustiorem neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri quam coniunctionem sortis, quam provinciae, quam officii, quam publici muneris societatem;* ad fam. XIII. 10, 1: *hanc quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam (maiores) volunt esse.* S. oben 47, 197.

ad existimationem turpius, wie I. 25, 113: *ad memoriam firmi atque diuturni;* in Cat. I. 5, 12: *ad severitatem lenius;* ibid. III. 8, 19: *insignis ad deformitatem puer.* Seltener wird *ad* von Subst. abhängig gemacht, wie z. B. Tusc. disp. III. 5, 11: *mentis ad omnia caecitatem.*

alienissimis, vgl. 46, 192 und p. Mur. 27, 56: *accusat M. Cato, qui cum a Murena nulla re umquam alienus fuit, tum ea condicione erat in hac civitate natus, ut eius opes atque ingenium multis etiam alienis, exitio vix cuiquam inimico esse deberet.*

201. *concederent*: zu gute halten, wie oft *dare* (§ 202) und *tribuere.*

catum. Sic in illa omni defensione atque causa, quod esse in arte positum videbatur, ut de lege Appuleia dicerem, ut quid esset minuere maiestatem explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi. His duabus partibus orationis, quarum altera commendationem habet, altera concitationem, quae minime praeceptis artium sunt perpolitae, omnis est a me illa causa tractata, ut et acerrimus in Caepionis invidia renovanda et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. Ita magis adfectis animis iudicum quam doctis tua, Sulpici, est a nobis tum accusatio victa. Hic Sul- 50. 202.
picius: Vere hercle, inquit, Antoni, ista commemoras. Nam ego nihil umquam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est elapsa illa [ipsa] causa. Cum enim, quem ad modum dixisti, tibi ego non iudicium, sed incendium tradidissem, quod tuum principium, di immortales, fuit! qui timor! quae dubitatio! quanta haesitatio tractusque verborum! Ut tu illud initio, quod tibi unum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti, te pro homine pernecessario, quaestore tuo, dicere! quam tibi primum munisti ad te audiendum viam. Ecce au- 203.
tem, cum te nihil aliud profecisse arbitrarer, nisi ut homines tibi civem improbum defendenti ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur, serpere occulte coepisti, nihil dum aliis suspicantibus, me vero iam pertimescente, ut illam non Nor-

---

in arte, vgl. 25, 107 ff.; *artium*: Lehrbücher. Ueber die *lex Appuleia* s. z. 25, 107.

meos necessarios. Das Pron. poss. wird in der Regel vor die Bezeichnungen von freundschaftlichen oder verwandtschaftlichen Verhältnissen gestellt; *amicus meus* heisst: einer meiner Freunde.

perpolitae: zur Vollkommenheit gebracht; *adfectis:* durch Rührung.

50. 202. *dixisti*: 47, 197.

tractus, nähere Bestimmung von *haesitatio*: langsame Bewegung; anders das Part. 15, 64.

ad ignoscendum, von *unum* abhängig: als den allein zur Verzeihung geeigneten, d. h. verzeihlichen Punkt; vgl. 45, 190: *facilis ad exardescendum*, und de part. or. 29, 102: *tertius* (*status*) *aequi et veri* [*et recti*] *et humani ad ignoscendum* (des als menschliche Schwachheit Verzeihlichen) *disputatione tractandus est*. Die präpositionelle Bestimmung bezeichnet die in dem Begriff des Adj. liegende Tendenz oder die aus ihm hervorgehende Wirkung.

203. *Ecce autem*: um auf den unerwarteten Ausgang vorzubereiten; oft mit *subito* oder *repente* verbunden, wie in Verr. act. I. 6, 17: *ecce autem repente — eadem illa vetera consilia pecunia maiore repetuntur*. Aehnlich *ecce tibi* oben 22, 94.

serpere: vordringen; davon ist *ut — defenderes* abhängig: um in deiner Vertheidigung den Beweis zu führen.

bani seditionem, sed populi Romani iracundiam neque eam iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defenderes. Deinde qui locus a te praetermissus est in Caepionem? Ut tu illa omnia odio, invidia, misericordia miscuisti! Neque haec solum in defensione, sed etiam in Scauro ceterisque meis testibus, quorum testimonia non refellendo, sed ad eundem impetum
204. populi confugiendo refutasti. Quae cum abs te modo commemorarentur, equidem nulla praecepta desiderabam; ipsam tamen istam demonstrationem defensionum tuarum [abs te ipso commemoratam] doctrinam esse non mediocrem puto. Atqui, si ita placet, inquit Antonius, trademus etiam, quae nos sequi in dicendo quaeque maxime spectare solemus. Docuit enim iam nos longa vita ususque rerum maximarum, ut quibus rebus animi hominum moverentur teneremus.

51.205. Equidem primum considerare soleo, postuletne causa. Nam neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi faces neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentis oratione flectendas proficere possimus, ne aut irrisione aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis aut con-
206. vellere adoriamur ea, quae non possint commoveri. Iam quo-

---

locus, neml. *communis*: eine gegen den Cäpio anwendbare oratorische Glanzstelle.

Ut tu cet: Wie hast du jenen ganzen Theil der Rede mit der Erregung von Hass u. s. w. erfüllt, d. h. dazu angewandt!

ad eundem impetum pop., d. h. zu dem Nachweise, dass hier nur von einer berechtigten Aufwallung des Volkes und nicht von einem durch Norbanus angestifteten Aufruhr die Rede sein könne.

refutasti, eig. zurückdämpfen, zur Ruhe bringen, wie de prov. cons. 13, 32: *Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putaverunt*, daher 'zurückweisen, abweisen,' verschieden von *refellere*, vgl. 1, 2 und III. 1, 4: *libidinem tuam libertas mea refutabit.*

204. *defensionum*: Vertheidigungsformen, wie I. 6, 22: *dictionibus*; Tusc. disp. IV. 27, 59: *earum igitur perturbationum, quas exposui, variae sunt curationes*, und andere Subst. verb. auf *io*. Anders 31, 136.

Atqui, mit Rücksicht auf die vorhergehende Erklärung des Sulpicius, schon mit jenem Nachweis der von ihm in der Praxis angewendeten Vertheidigungsformen zufrieden zu sein. Im Gegensatz dazu verspricht jetzt Antonius doch noch mehr und macht sich anheischig, auch einen Lehrvortrag (*trademus*) über das *movere* halten zu wollen.

spectare, s. z. 40, 169; *rerum maximarum*, wie 25, 105.

teneremus und *moverentur*, wie gewöhnlich bei Cic., nicht Conj. Präs. Vgl. zu 2, 8: *exstaret*.

51. 205. *adhibendae.* Wir sagen mit einem andern Bilde: schleudern.

tragoedias, etwa: Rührungs- oder Erschütterungsscenen, vgl. 55, 225; daher auch: hochtrabende Worte, wie I. 51, 219.

206. Mit *Iam* leitet Antonius zu der Ausführung des § 204 an-

niam haec fere maxime sunt in iudicum animis aut, quicumque illi erunt, apud quos agemus, oratione molienda, amor, odium, iracundia, invidia, misericordia, spes, laetitia, timor, molestia, sentimus amorem conciliari, si id videare, quod sit utile ipsis, apud quos agas, defendere; aut si pro bonis viris aut certe pro iis, qui illis boni atque utiles sint, laborare. Namque haec res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio caritatem; plusque proficit, si proponitur spes utilitatis futu-
rae quam praeteriti beneficii commemoratio. Enitendum est, 207.
ut ostendas in ea re, quam defendas, aut dignitatem inesse aut utilitatem, eumque, cui concilies hunc amorem, significes nihil ad utilitatem suam rettulisse ac nihil omnino fecisse causa sua. Invidetur enim commodis hominum ipsorum; studiis
autem eorum ceteris commodandi favetur. Videndumque hoc 208.
loco est, ne, quos ob benefacta diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime invideri solet, nimis efferre videamur. Atque eisdem his ex locis et in alios odium struere discemus et a nobis ac nostris demovere; eademque haec genera tractanda sunt in iracundia vel excitanda vel sedanda.

---

gekündigten Themas über, nachdem die Frage in Betreff der Nothwendigkeit der *permotio* kurz berührt worden ist. Das handschriftliche *Nam*, wofür *Iam* gesetzt worden ist, konnte nur die Partikel der *occupatio* sein, an welche hier nicht zu denken ist.

molestia, griech. ἀνία, nach den Stoikern eine λύπη ἐκ διαλογισμῶν μένουσα ἢ ἐπιτείνουσα, nach Cic. Tusc. disp. IV. 8, 18 eine *aegritudo permanens*.

videare passivisch: wenn man sieht, dass man —.

illis boni cet.: in ihren Augen = *illorum iudicio*.

Namque cet. Der Sinn ist: Die so eben gemachte Unterscheidung der Objecte der Vertheidigung ist wohl begründet: denn u. s. w. Das folgende *haec res* bezieht sich auf den ersten Theil: *quod sit utile ipsis — defendere*, während mit *illa virtutis defensio* der zweite Theil: *aut si pro bonis viris* cet. bezeichnet wird. Diese Beziehung von *hic* und *ille* ist nicht selten; vgl. Lael. 2, 10: *cave Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sapientissimum iudicavit: huius enim facta, illius dicta laudantur.*

amorem: die Liebe aus Zuneigung und Sympathie, *caritatem* (wie *diligere*, vgl. § 208) aus Hochschätzung und Ehrfurcht; vgl. part. or. 16, 56: *nam aut caritate moventur homines, ut deorum, ut patriae, ut parentum, aut amore, ut fratrum, ut coniugum, ut liberorum, ut familiarium;* ibid. 25, 88.

dignitatem: Ehre, wie 82, 334; vgl. auch 48, 198.

207. *nihil — rettulisse*: dass er in keiner Sache seinen Nutzen im Auge gehabt oder gesucht habe; ebenso *revocare* und *dirigere*.

208. *locis*, hier: die Quellen für die Erregung der Affecte, zusammenfallend mit dem folgenden *genera*: allgemeine Gesichtspunkte.

Nam si, quod ipsis, qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, id factum augeas, odium creatur; sin, quod aut in bonos viros aut in eos, [in] quos minime quisque debuerit, aut in rem publicam, tum excitatur, si non tam acerbum odium,
209. tamen aut invidiae aut odii non dissimilis offensio. Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis aut ex communibus. Interior est ille proprius: sed hic quoque communis ad eandem
52. similitudinem est perducendus. Par atque una ratio est spei, laetitiae, molestiae; sed haud sciam an acerrimus longe sit omnium motus invidiae nec minus virium opus sit in ea comprimenda quam in excitanda. Invident autem homines maxime paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse; sed etiam superioribus invidetur saepe vehementer et eo magis, si intolerantius se iactant et aequabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt. Quae si inflammanda sunt, maxime dicendum est non esse virtute parta, deinde etiam vitiis atque peccatis, tum, si erunt honestiora atque graviora, tamen non esse tanta ulla merita, quantam insolentiam hominis quantumque fasti-

---

aut inutile: oder wenigstens unnütz, wie p. Caec. 14, 39: *ne non modo intrare verum aspicere aut aspirare possim;* oben 4, 18.

sin, neml. *augeas quod in bonos viros* cet. *factum sit*.

quos, ohne *in*, weil dieselbe Präpos. bei dem Demonstrat. steht und zu dem Relativsatz dasselbe Verbum zu ergänzen ist; vgl. ad Att. III. 19, 2: *me tuae litterae numquam in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum;* de fin. IV. 20, 56: *Platonem — eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium;* unten 68, 277: *quo dixit*.

offensio: feindselige Stimmung oder Abneigung. Das vorhergehende *invidia* ist hier ein Synonymum von *odium*; vgl. 83, 339.

209. *interior est*: tiefer dringt ein; *ad eandem similitudinem*, statt *eiusdem*, neml. *proprii timoris, similitudinem;* vgl. z. 23, 96.

52. *haud sciam*, wie 17, 72; *minus virium*, statt des Abl., den man im negativen Satze erwarten sollte, aus demselben Grunde, aus welchem man nur sagt *quod opus est* und *quae opus sunt*.

aut inferioribus, d. h. die bisher Geringeren. Man vgl. zu der Stelle Aristot. Rhet. II. 10.

relictos: überholt; *evolasse:* schnell gestiegen sind, ein ziemlich häufiger Tropus, wie Brut. 78, 272: *Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur;* auch dem Inhalt nach ist ähnlich ad fam. I. 7, 8: *in te enim, homine omnium nobilissimo, similia invidorum vitia perspexi, quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt.*

transeunt, wofür erst von Liv. an *excedere* gebräuchlich geworden ist.

inflammanda, mit Bezug auf die *faces dicendi* § 205, prägn. für *cum inflammatione tractanda*, nach Analogie von *defendere, concludere* u. ä. Vgl. or. 28, 99: *non praeparatis auribus inflammare rem.*

quantam insolentiam. Der Acc. (statt des handschr. Nom.) ist um so noth-

dium. Ad sedandum autem, magno illa labore, magnis peri- 210.
culis esse parta nec ad suum commodum, sed ad aliorum esse
collata, quae si quam gloriam peperisse videantur, tamenetsi
ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari to-
tamque abicere atque deponere; omninoque perficiendum est —
quoniam plerique sunt invidi maximeque hoc est commune
vitium et perpetuum; invidetur autem praestanti florentique
fortunae —, ut haec opinio minuatur et illa excellens opi-
nione fortuna cum laboribus et miseriis permixta [esse]
videatur. Iam misericordia movetur, si is, qui audit, ad- 211.
duci potest, ut illa, quae de altero deplorentur, ad suas
res revocet, quas aut tulerit acerbas aut timeat, ut intuens
alium crebro ad se ipsum revertatur. Ita cum singuli casus
humanarum miseriarum graviter accipiuntur, si dicuntur do-
lenter, tum adflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est.
Et, ut illa altera pars orationis, quae probitatis commendatione
boni viri debet speciem tueri, lenis, ut saepe iam dixi, atque
summissa, sic haec, quae suscipitur ab oratore ad commutan-
dos animos atque omni ratione flectendos, intenta ac vehemens
esse debet. Sed est quaedam in his duobus generibus, quo- 53. 212.
rum alterum lene, alterum vehemens esse volumus, difficilis

---

wendiger, als ohne Fortsetzung der begonnenen Construction nicht wie Cat. m. 1, 1: *te suspicor iisdem rebus, quibus me ipsum, interdum gravius commoveri* od. p. Lig. 1, 2: *confitentem se in ea parte fuisse, qua te cet.* der Ind., sondern der Conj. stehen müsste, ohne diesen also nicht bloss *esse*, sondern auch *dicendum est* ergänzt werden muss, so dass hier das Verhältniss dasselbe ist wie Tusc. disp. I. 17, 39: *Platonem ferunt — non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse.*

210. *Ad sedandum autem*, neml. *dicendum est.*

delectari cet. Das Subj. *eum* ist nach dem ganzen Zusammenhange, insbesondere aus dem vorhergegangenen *hominis* leicht zu ergänzen.

perpetuum = *pervagatum*; vgl. 32, 141: *perpetui iuris.*

opinione: vermeintlich, s. z. 24, 101.

211. *Iam*, hier: endlich, zur Einführung des letzten Gliedes.

deplorentur, prägn. für *deplorando dicantur.*

Ita, neml. *si is, qui audit, adduci potest, ut intuens alium crebro ad se ipsum revertatur*, was mit *si dicuntur dolenter* noch einmal kurz bezeichnet wird.

commendatione, vgl. I. 26, 122: *Fuit enim mirificus in Crasso pudor, qui tamen non modo non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.*

lenis und *summissa* (gelassen) entspricht chiastisch dem folgenden *intenta* und *vehemens.*

flectendos, vgl. or. 21, 69: *Probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae; nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum;* ebds. 5, 20: *ad permovendos et convertendos animos instructi et parati.*

ad distinguendum similitudo. Nam et ex illa lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eosdem excitamus, influat oportet aliquid, et ex hac vi non numquam animi aliquid infundendum est illi lenitati; neque est ulla temperatior oratio quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur, remissio autem le-
213. nitatis quadam gravitate et contentione firmatur. In utroque autem genere dicendi, et illo, in quo vis atque contentio quaeritur, et hoc, quod ad vitam et mores accommodatur, et principia tarda sint et exitus item spissi et producti esse debent. Nam neque adsiliendum statim est ad genus illud orationis; abest enim totum a causa et homines prius illud ipsum, quod proprium sui iudicii est, audire desiderant; nec cum in eam
214. rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. Non enim, sicut argumentum, simul atque positum est, adripitur alterumque et tertium poscitur, ita misericordiam aut invidiam aut iracundiam, simul atque intuleris, possis commovere. Argumentum ratio ipsa confirmat, *idque* simul atque emissum est,

53. 212. *infundendum*, dem Begriff der *vis* entsprechend, wie vorher *influat* dem der *lenitas*.

temperatior = *melius temperata*: besser eingerichtet oder angelegt (eig. hat eine bessere Mischung); vgl. Tusc. disp. I. 25, 63: *auribus oblectatio magna parta est inventa et temperata varietate et natura sonorum*.

asperitas contentionis: die verletzende Rauhheit eines leidenschaftlichen Vortrags, *remissio lenitatis*: der herabgestimmte oder gehaltene Ton einer ruhigen Darstellung; *ipsius humanitate*: durch die persönliche Leutseligkeit. Mit *conditur* (eig. schmackhaft gemacht werden, wie Tusc. disp. V. 34, 98, daher auch geschmackvoll gemacht oder gemildert werden), vgl. or. 55, 185: *Omnino duo sunt, quae condiant orationem, verborum numerorumque iucunditas*.

213. *illo* — *hoc*. Bei der Apposition wird die Präp. in der Regel nicht wiederholt. — Vgl. 22, 94 zu *tamquam*.

quod — *accommodatur* bezeichnet die *conciliatio*, vgl. bes. 52, 210.

spissi. Nonius 392, 15: *spissum significat tarde*. Vgl. ad Att. X. 18, 2: *omnia tarda adhuc et spissa*; Brut. 36, 138; de or. 36, 145. *Spissi* findet seine Erklärung § 214 in *multa et varia et copiosa oratione*.

adsiliendum ad genus illud orationis. Wir gebrauchen dafür ein anderes Bild: mit jener Art des Vortrags wie mit der Thür ins Haus fallen.

abest hier, wie öfter = *alienum est*, insofern die Darstellung der sachlichen Grundlage, welche zunächst in Betracht kommt, einen ruhigen Vortrag erfordert.

214. *adripitur*, neml. *ratione audientium*, daher = *probatur* oder *confirmatur*.

intuleris, neml. *eam orationem* oder *id genus orationis*, wie I. 8, 29: *solebat Cotta narrare Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse*: sobald man diese Saite angeschlagen, es darauf angelegt hat.

adhaerescit; illud autem genus orationis non cognitionem iudicis, sed magis perturbationem requirit, quam consequi nisi multa et varia et copiosa oratione et simili contentione actionis nemo potest. Qua re qui aut breviter aut summisse dicunt, 215.
docere iudicem possunt, commovere non possunt; in quo sunt omnia. Iam illud perspicuum est, omnium rerum in contrarias partis facultatem ex iisdem suppeditari locis. Sed argumento resistendum est aut iis, quae comprobandi eius causa sumuntur, reprehendendis aut demonstrando id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis nec esse consequens, aut, si ita non refellas, adferendum est in contrariam partem, quod sit aut gravius aut aeque grave. Illa autem, quae aut 216.
conciliationis causa leniter aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus auferenda sunt, ut odio benevolentia, misericordia invidia tollatur.

Suavis autem est et vehementer saepe utilis iocus et fa- 54.
cetiae; quae, etiamsi alia omnia tradi arte possunt, naturae sunt propria certe neque ullam artem desiderant. In quibus tu longe aliis mea sententia, Caesar, excellis; quo magis mihi

---

adhaerescit, neml. *animis iudicum.*

simili contentione: durch eine entsprechende Lebhaftigkeit.

215. *in quo sunt omnia*, vgl. I. 14, 60: *num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam exstinguendos, quod unum in oratore dominatur*. S. auch die zu 52, 211 aus or. 21, 69 citirte Stelle. Uebrigens findet sich dieser oder ein ähnlicher Periodenschluss öfter, wie z. B. de leg. II. 10, 24; Tusc. disp. III. 22, 52; Cat. m. 3, 8.

in contrarias partis hat die Geltung eines Attributs von *facultatem* und ist gesagt nach Analogie von *in utramque partem dicere;* also: dass alles für die entgegengesetzten Standpunkte zu verwendende Material aus denselben Fundstätten entlehnt werden kann. Mit *Sed* cet. wird dann auf die Verschiedenheit des Verfahrens bei der *argumentatio* und den beiden anderen Arten der *confirmatio* hingewiesen.

reprehendendis, vgl. 81, 331; *propositis*: den Vordersätzen.

216. *auferenda*, dem folgenden *tollatur* entsprechend, = *evertenda.*

54. *utilis*, neml. für das *conciliare* und *movere.*

arte, wie 56, 228 dasselbe als § 218: *doctrina.*

excellis. Die ausführliche Erörterung über den Witz (54, 216—71, 290) wird dem Cäsar übertragen, sowohl wegen seiner natürlichen Anlage zur Scherzrede, als auch weil er die darauf bezüglichen Vorsrhriften der griechischen Rhetoriker mit besonderem Interesse studirt zu haben scheint. Nach Gorgias' Vorgange haben nemlich Aristoteles (in seiner Poetik), Theophrast und die Späteren die Lehre vom Witz eingehend behandelt. Cicero musste diesem Gegenstande um so mehr eine ausführliche Darstellung widmen, als er bekanntlich gleich seinem Vorbilde Crassus in demselben Meister war. Quintilian nimmt in dem 3. Kap.

etiam aut testis esse potes nullam esse artem salis aut, si qua
217. est, eam tu potissimum nos docere. Ego vero, inquit, omni de re facetius puto posse ab homine non inurbano, quam de ipsis facetiis disputari. Itaque cum quosdam Graecos inscriptos libros esse vidissem de ridiculis, nonnullam in spem veneram posse me ex iis aliquid discere: inveni autem ridicula et salsa multa Graecorum; nam et Siculi in eo genere et Rhodii et Byzantii et praeter ceteros Attici excellunt; sed qui eius rei rationem quandam conati sunt artemque tradere, sic insulsi exstiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur.
218. Qua re mihi quidem nullo videtur modo doctrina ista res posse tradi. Etenim cum duo genera sint facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve, illa a veteribus superior cavillatio, haec altera dicacitas nominata est. Leve nomen habet utraque res! quippe; leve
219. enim est totum hoc risum movere. Verum tamen, ut dicis, Antoni, multum in causis persaepe lepore et facetiis profici vidi. Sed cum in illo genere perpetuae festivitatis ars non desideretur: — natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos adiuvante et voltu et voce et ipso genere

---

des 6. Buchs seiner *institutiones* auf diesen ganzen Abschnitt vielfach Bezug. Ueber die Gliederung desselben vgl. die Inhaltsübersicht S. 159 ff.

217. *Itaque*: Und so, dem entsprechend. Diese Partikel bezieht sich erst auf die Worte *sic insulsi exstiterunt*, nicht auf *non nullam in spem veneram*, welche dem Inhalt nach einen untergeordneten Gedanken ausmachen. Vgl. 28, 122: *Namque ego* cet. und Tusc. disp. II. 26, 62: *Itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat, cuius in primis laudabat illud*, = *Itaque Africanus, qui semper Xenophontem in manibus habebat, huius in primis laudabat illud;* ebds. I. 24, 57: *et tamen ita faciles interrogationes sunt* cet.

de ridiculis = περὶ γελοίων. Diese Schriften sind für uns zum grössten Theile verloren gegangen; nur von Aristoteles besitzen wir in den Fragmenten der Poetik noch c. 5 die Definition des Lächerlichen.

Siculi. Vgl. in Verr, IV. 43, 95: *numquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant.*

Attici. Vgl. or. 26, 90: *quicquid est salsum aut salubre* (frisch) *in oratore, id proprium Atticorum est, e quibus tamen non omnes faceti.*

insulsi: witzlos.

218. *facetiarum*, etwa: launige Rede, *cavillatio*: Ironie, *dicacitas*: Stichelrede, *lepore*: Humor.

quippe. Diese ernstlich versichernde oder bekräftigende Partikel (natürlich, versteht sich) findet sich öfters in Antworten, wie de fin. V. 28, 84; de rep. I. 39, 61; p. Mur. 35, 74, jedoch so wie hier auch de fin. IV. 3, 7: *ista ipsa, quae tu breviter, regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem, a te quidem ac rotunde; quippe, habes enim rhetoribus.*

totum hoc, vgl. 57, 231 und 233.

219. *narratores*, vgl. or. 26, 87: *Utetur utroque, sed altero (i. e.*

sermonis —, tum vero in hoc altero dicacitatis quid habet ars loci, cum ante illud facete dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur? Quid enim hic meus frater 220.
ab arte adiuvari potuit, cum a Philippo interrogatus quid latraret f u r e m s e v i d e r e respondit? Quid in omni oratione Crassus vel apud centumviros contra Scaevolam vel contra accusatorem Brutum, cum pro Cn. Planco diceret? Nam id, quod tu mihi tribuis, Antoni, Crasso est omnium sententia concedendum. Non enim fere quisquam reperietur praeter hunc in utroque genere leporis excellens, et illo, quod in perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est. Nam haec perpetua contra Scaevolam Curiana defensio 221.
tota redundavit hilaritate quadam et ioco; dicta illa brevia non habuit. Parcebat enim adversarii dignitati; in quo ipse conservabat suam; quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea, quae oc-

genere facetiarum) *in narrando aliquid venuste*, *altero* (*dicacitatis*) *in iaciendo mittendoque ridiculo*; Quint. VI. 3, 42: *In narrando autem Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo.*

emissum, vgl. 53, 214 und die so eben angeführten Stellen.

220. *furem se videre*, da der Consul des J. 91, Philippus, durch seine ganze Politik das Ansehen des Senates beeinträchtigen musste. Die Frage desselben *quid latraret* ist nicht blos durch die laute Rede des Catulus, sondern auch durch die Bedeutung seines Namens veranlasst worden (Hündchen). Ereignet hat sich dieser Vorfall ohne Zweifel in einer Senatssitzung des J. 91.

apud centumviros s. z. 23, 98 u. 32, 140 ff.

M. Junius Brutus, Sohn des 33, 142 erwähnten Rechtsgelehrten, ein Ankläger von Profession und ein Verschwender. Vgl. Brut. 34, 130: *Eisdem temporibus M. Brutus, in quo magnum fuit, Brute, dedecus generi vestro, qui, cum tanto nomine esset patremque optimum virum habuisset et iuris peritissimum, accusationem factitaverit, ut Athenis Lycurgus. Is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens et molestus, ut facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatae voluntatis.* — Die Vertheidigungsrede des Crassus für den sonst nicht weiter bekannten Cn. Plancus wird auch p. Cluent. 51, 141 erwähnt.

celeritate: Schlagfertigkeit.

221. *dicta*: witzige Bemerkungen, Schlagworte, *bons mots*. Vgl. Cic. ep. ad Corn. Nep. bei Macrob. sat. II, 1: *itaque nostri, cum omnia quae dixissemus dicta essent, quae facete et breviter et acute locuti essemus ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.*

conservabat, vgl. 19, 81: *conservanda.*

quae occurrunt: was sich aufdrängt, die Einfälle; gewöhnlich ist das Verbum in dieser Bedeutung mit dem Acc. c. Inf. verbunden, wie or. 41, 140: *Occurrebat enim posse reperiri non invidos solum*; p. Mil. 9, 25: *Occurrebat ei mancam ac debilem praeturam suam futuram.*

currunt, cum salsissime dici possunt, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur.
222. Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint; nam ea dicta
55. appellantur proprio iam nomine. Sed ut in Scaevola continuit ea Crassus atque in illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam disputationemque lusit, sic in Bruto, quem oderat et quem dignum contumelia iudicabat,
223. utroque genere pugnavit. Quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, quam multa de amisso patrimonio dixit! atque illa brevia: cum ille diceret se sine causa sudare, Minime mirum, inquit, modo enim existi de balneis. Innumerabilia huius modi fuerunt, sed non minus iucunda illa perpetua. Cum enim Brutus duos lectores excitasset et alteri

---

cum — possunt. Der Ind., um die Zeit und den Umstand zu bezeichnen: wann (wo) sie sich am witzigsten anbringen lassen.

hoc ipsum, d. i. die Schwierigkeit, witzige Bemerkungen zu unterdrücken.

non insulse interpretantur: bezeichnen nicht unwitzig, indem sie nemlich den hyperbolischen Ausdruck des Ennius darauf anwenden. Da aber in dem troch. cat. Tetrameter desselben die Worte *bona dicta* noch so viel bedeuten als 'treffliche Aeusserungen, nützliche Lehren', so war, um die veränderte Beziehung dieses Verses zu rechtfertigen, sowohl von *bonus* als von *dictum* noch eine nähere Erklärung erforderlich, indem dem Adj. *bonus* die Bedeutung von *salsus* und dem Subst. *dictum* die später üblich gewordene von 'Witzwort' untergeschoben wurde.

222. *dicere enim aiunt*, d. h. sie berufen sich nemlich auf Ennius.

quam — teneat, s. z. 38, 161: *quam postulandum sit.*

proprio iam nomine. Vgl. Cic. in einem an Corn. Nep. gerichteten Briefe bei Macrob. sat. II. 1: *itaque nostri, cum omnia, quae diximus, dicta essent, quae facete et breviter et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.*

55. *in illo altero genere*, sc. *versatus*, vgl. 17, 73; *lusit* = *ludendo egit*, vgl. 32, 138: *describunt.*

in Bruto: dem Br. gegenüber, wie vorher *in Scaevola*, prägnant für: als es sich um Brutus handelte, als er es mit Br. zu thun hatte; vgl. 7, 30: *in eius modi re.*

223. *Minime mirum*, neml. dass Brutus sagte, er bringe sich ohne Grund in Schweiss (*sudare* = *nimium operae dare dicendo*); *existi*, mit dem Nebensinn: *perdidisti.*

Cum enim cet. Eine ausführlichere Erzählung von diesem Hergang steht p. Cluent. c. 51, 141 ff. In der im J. 118 gehaltenen Rede für den Gesetzesvorschlag, eine Colonie nach Narbo Martius in Gallien auszuführen, hatte Crassus den Senat hart angegriffen, während er in der glänzenden *suasio legis Serviliae* vom J. 106, durch welche *lex* die erneuerte Uebertragung der *iudicia* an den Senat beantragt wurde, entschieden die conservativen Interessen vertrat.

lectores, s. z. 40, 173: *Recita.*

de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege Servilia, et cum contraria inter sese de re publica capita contulisset, noster hic facetissime tris patris Bruti de iure civili libellos tribus legendos dedit. Ex libro primo: 224.
FORTE EVENIT, UT IN PRIVERNATI ESSEMUS. Brute, testificatur pater se tibi Privernatem fundum reliquisse. Deinde ex libro secundo: IN ALBANO ERAMUS EGO ET MARCUS FILIUS. Sapiens videlicet homo cum primis nostrae civitatis norat hunc gurgitem; metuebat ne, cum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Tum ex libro tertio, in quo finem scribendi fecit — tot enim, ut audivi Scaevolam dicere, sunt veri Bruti libri — IN TIBURTI FORTE ADSEDIMUS EGO ET MARCUS FILIUS. Ubi sunt hi fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit? Quod nisi puberem te, inquit, iam haberet, quartum librum composuisset et se etiam in balneis lotum cum filio scriptum reliquisset. Quis est igitur, qui 225.
non fateatur hoc lepore atque his facetiis non minus refutatum esse Brutum, quam illis tragoediis, quas egit idem, cum casu in eadem causa efferretur anus Iunia. Pro di immortales, quae fuit illa, quanta vis! quam inexspectata! quam repentina! cum coniectis oculis, gestu omni et imminenti, summa gravitate et celeritate verborum: Brute, quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis?

---

224. *cum primis* für das häufigere *in primis*; *tot enim* cet., s. z. 33, 142.

publicis: weil für die Oeffentlichkeit bestimmt.

nisi puberem cet. Vgl. de off. I. 35, 129: *nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur*; p. Cluent. 51, 141: *quod si potuisset honeste scribere se in balneis cum id aetatis filio fuisse, non praeterisset.*

haberet, für das Plqupf., denn der Vater war bereits todt; s. § 225.

225. *refutatum*: zum Schweigen gebracht, s. z. 50, 203; *efferretur*: zur Grabstätte; vgl. 80, 327.

coniectis oculis: ihn ernst ansehend, Gegensatz zu *hilaribus*, vgl. III. 59, 222; *gestu omni:* mit aller erdenklichen (vgl. 25, 109: *omni copia*), d. h. mit ausdrucksvoller Geberde. Mit *imminenti* (drohend) wird die genauere Erklärung hinzugefügt. Vgl. 59, 242: *paululum etiam de gestu addidit.*

imagines, d. h. die mit den Wachsmasken derjenigen Ahnen, welche curulische Aemter aufwärts von der curulischen Aedilität an verwaltet hatten, bekleideten Personen; *duci*, wie 70, 283: *cum funus quoddam duceretur.*

quid L. Bruto, qui hunc populum dominatu regio liberavit? quid te agere? cui rei, cui gloriae, cui virtuti studere? patrimonione augendo? At id
226. non est nobilitatis. Sed fac esse: nihil superest; libidines totum dissipaverunt. An iuri civili? Est paternum. Sed dicet te, cum aedis venderes, ne in rutis quidem et caesis solium tibi paternum recepisse. An rei militari? Qui numquam castra videris! An eloquentiae? Quae neque est in te et, quicquid est vocis ac linguae, omne in istum turpissimum calumniae quaestum contulisti! Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in urbe, tu in civium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modo imitandis, sed ne collocandis
56. 227. quidem tibi locum ullum reliquisti. Sed haec tragica atque divina: faceta autem et urbana innumerabilia vel ex una contione meministis. Nec enim contentio maior umquam fuit nec apud populum gravior oratio quam huius contra collegam in censura nuper neque lepore et festivitate conditior.

Qua re tibi, Antoni, utrumque adsentior et multum face-

---

nobilitatis, denn für die Senatoren galt nur die Bestellung der Aecker, aber kein Kaufmannsgeschäft als geziemend. Vgl. Parad. VI, 1: *propter aviditatem pecuniae nullum quaestum turpem putas, cum isti ordini ne honestus quidem possit esse ullus.*

226. *ruta et caesa* ist alles, was nicht niet- und nagelfest ist und daher in der Regel bei einem Hausverkauf zurückbehalten wurde, wofür der technische Ausdruck *recipere* war. Vgl. Dig. L. tit. 16: *in rutis caesis ea sunt, quae terra non tenentur, quaeque opere structili tectoriove non continentur;* Cic. Top. 26, 100: *fecique quod saepe liberales venditores solent, ut, cum aedis fundumve vendiderint, rutis caesisque receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte et loco positum esse videatur.* Dass also Brutus auch seine Mobilien veräusserte, war bereits ein Zeichen seiner grossen Dürftigkeit, und dass er sogar den Grossvaterstuhl nicht ausnahm, ein Beweis von der äussersten Impietät.

calumniae quaestum: Handel mit Verleumdungen, um das schändliche Gewerbe der Ankläger von Profession zu brandmarken. Zu dem Gen. *calumniae* vgl. 24, 101: *neglegentiae.* Ganz ebenso heisst es p. Quinct. 3, 11: *vocem in quaestum contulit*: zum Erwerb anwenden oder anlegen.

56. 227. *tragica*: voll von Pathos oder ergreifend. Vgl. III. 8, 30: *Quis umquam res praeter hunc (Caesarem) tragicas paene comice, tristis remisse, severas hilare, forensis scaenica paene venustate tractavit?*

urbana: geistreiche Aeusserungen, vgl. 58, 236; *contione*, vgl. 11, 45.

festivitate: Jovialität; *conditior*, s. z. 73, 212.

utrumque adsentior, vgl. I. 9, 35: *cetera, inquit, adsentior Crasso.*

tias in dicendo prodesse saepe et eas arte nullo modo posse
tradi. Illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuisse
tantum et non huius rei quoque palmam [ut ceterarum] Crasso
detulisse. Tum Antonius: Ego vero ita fecissem, inquit, nisi 228.
interdum in hoc Crasso paulum inviderem. Nam esse quamvis facetum atque salsum non nimis est per se ipsum invidendum; sed, cum omnium sit venustissimus et urbanissimus, omnium gravissimum et severissimum et esse et videri, quod
isti contigit uni, [id] mihi vix ferendum videbatur. Hic cum 229.
adrisisset ipse Crassus: Ac tamen, inquit Antonius, cum artem esse facetiarum, Iuli, ullam negares, aperuisti quiddam, quod praecipiendum videretur. Haberi enim dixisti rationem oportere hominum, rei, temporis, ne quid iocus de gravitate decerperet; quod quidem in primis a Crasso observari solet. Sed hoc praeceptum praetermittendarum est facetiarum, cum iis nihil opus sit. Nos autem quo modo utamur, cum opus sit, quaerimus, ut in adversarium et maxime, si eius stultitia poterit agitari, in testem stultum, cupidum, levem, si facile
homines audituri videbuntur. Omnino probabiliora sunt, quae 230.

---

et eas. Bemerkenswerth ist nach *facetias* die Wiederaufnahme dieses Wortes durch *eas*, wie sie sich nur in dem weniger bündigen didaktischen Stile häufiger findet. Vgl. 8, 32: *ad pertractandos — eorum voluntates;* or. 12, 37: *Ab hac et verborum copia alitur et eorum constructio.*

quidem, wie 27, 119.

228. *in hoc* st. *in hac re*, weil *huic* nicht substantivisch gebraucht und also nicht *huic Crassi* gesagt werden konnte; *quamvis*, s. z. 30, 131.

sit venust., neml. *aliquis*: man. Vgl. I. 8, 30: *posse dicendo tenere hominum coetus, mentis allicere, voluntates impellere, quo velit, unde autem velit, deducere;* p. Mur. 8, 16.

229. *ipse Crassus*, der doch so eben, wie III. 12, 46 Sulpicius, von dem Redner angegriffen worden war, so dass man bei ihm eher eine gereizte Stimmung hätte voraussetzen dürfen. Ueberdies war von ihm um so weniger das *ridere* zu erwarten, als er kurz vorher *gravissimus et severissimus* genannt worden war.

Ac tamen, s. z. 20, 84; *cum — negares:* 54, 218; *videretur*, wie 2, 8: *exstaret.*

decerperet, für das häufigere *detrahere*, wie I. 9, 35: *ne aut de Q. Laelii — gloria detraham.*

observari, der Bedeutung von *caveri* nahe kommend, wie Lael. 16, 58: *nec* (*videtur amicitia*) *observare* (darauf sehen) *restricte ne plus reddat quam acceperit.*

eis nihil opus sit, s. z. 52, 209: *minus virium.* Der Nebensatz ist aus dem Sinne des *praecipiens* gesprochen, daher der Conj. sit.

agitari, statt des häufigeren *exagitare*, wie Brut. 28, 109: *Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus facete agitavit in tribunatu C. Gracchum:* unten 59, 237; 62, 252; *cupidum*: parteiisch.

lacessiti dicimus quam quae priores. Nam et ingenii celeritas maior est, quae apparet in respondendo, et humanitatis est responsio. Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti, ut in ista ipsa contione nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem facetius dictum videretur, quod non provocatus responderit. Erat autem tanta in Domitio gravitas, tanta auctoritas, ut, quod esset ab eo obiectum, lepore magis elevandum quam contentione frangendum videretur.

57. 231. Tum Sulpicius: Quid igitur? patiemur, inquit, Caesarem, qui quamquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, non explicare nobis totum genus hoc iocandi, quale sit et unde ducatur; praesertim cum tantam vim et utilitatem salis et urbanitatis esse fateatur? Quid, si, inquit Iulius, adsentior Antonio dicenti nullam esse artem
232. salis? Hic cum Sulpicius reticuisset: Quasi vero, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius iam diu loquitur, ars ulla sit. Observatio quaedam est, ut ipse dixit, earum rerum, quae in dicendo valent; quae si eloquentis facere posset, quis esset non eloquens? Quis enim haec non vel facile vel certe aliquo modo posset ediscere? Sed ego in his praeceptis hanc vim et hanc utilitatem esse arbitror, non ut ad reperiendum quod dicamus arte ducamur, sed ut ea, quae natura, quae studio, quae exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus aut prava intellegamus, cum quo referenda sint didi-
233. cerimus. Qua re, Caesar, ego quoque hoc a te peto, ut, si tibi videtur, disputes de hoc toto iocandi genere quid sentias, ne qua forte dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali

---

230. *humanitatis*, in demselben Sinne wie 20, 86.

quod — videretur, vgl. 34, 146: *quod mihi quidem videatur*, und andrerseits z. 8, 34: *debet.*

responderit, nicht *responderet*, wie gewöhnlich der Conj. Perf. in einem negativen Relativsatze (oder einem Satze mit *quin*), steht, welcher von einem anderen verneinten Satze mit dem Perf. abhängt; vgl. I. 3, 10: *consecutus sit;* II. 38, 161: *probarit* u. *everterit;* III. 33, 135: *conscripserit.*

in Domitio, s. z. 1, 4: *fuit in.*

57. 231. Auf *Quid igitur?*, welches einen abzuweisenden Gedanken einleitet, folgt eben deshalb nie *nonne*, sondern nur *ne* (auch nicht *num*) oder gar keine Fragepartikel.

quale sit cet., s. z. 32, 137; *unde ducatur*, dasselbe wie 58, 235: *unde sit*, bezeichnet den *locus* und die *regio quasi ridiculi*, vgl. 58, 236.

salis et urbanitatis, am besten als ἓν διὰ δυοῖν zu übersetzen.

232. *ut ipse dixit*: 8, 32; *vim*: Wirkung, Einfluss; *non ut — sed ut*, s. z. 46, 191: *nihil ut.*

natura cet., die 35, 147 erwähnten *tria*: φύσις, ἐπιστήμη, μελέτη.

quo referenda, d. h. *ad quae capita locosque*, vgl. 34, 145 ff.

233. *in hoc tali coetu*, d. h. in einem wissbegierigen und sachkun-

coetu atque in tam accurato sermone praeterita esse videatur.
Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a conviva, Crasse,
exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam aliquam
recusandi dem. Quamquam soleo saepe mirari eorum impudentiam,
qui agunt in scena gestum spectante Roscio. Quis
enim sese commovere potest cuius ille vitia non videat? Sic
ego nunc, Crasso audiente, primum loquar de facetiis et docebo
sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper
audisset, f e n u m a l i o s aiebat e s s e o p o r t e r e. Tum ille: 234
Iocabatur, inquit, Catulus, praesertim cum ita dicat ipse, ut
ambrosia alendus esse videatur. Verum te, Caesar, audiamus,
ut ad Antonii reliqua redeamus. Et Antonius: Perpauca quidem
mihi restant, inquit; sed tamen defessus iam labore atque
itinere disputationis meae requiescam in Caesaris sermone quasi
in aliquo peropportuno deversorio. Atqui, inquit Iulius, non 58.
nimis liberale hospitium meum dices. Nam te in viam, simulac
perpaulum gustaris, extrudam et eiciam.

Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid 235.
sentiam perbreviter exponam. De risu quinque sunt, quae

---

digen Kreise; *accuratus* bezieht sich (zum Unterschiede von *subtilis* auf die Vollständigkeit des Materials.

collectam: die συμβολή eines ἔρανος; *non committam,* wie 4, 16.

agunt — gestum: als Schauspieler auftreten. Vgl. p. Quinct. 24, 77: *Dicebam huic Q. Roscio, cuius soror est cum P. Quinctio, cum a me peteret et summe contenderet, ut propinquum suum defenderem, mihi perdifficile esse contra talis oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari; cum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi: mihi videri ore* (vgl. oben 7, 29) *durissimo esse, qui praesente eo gestum agere conaretur.* — Q. Roscius Gallus, der berühmte Comöde, wurde im J. 76 mit der noch grösstentheils erhaltenen Rede p. Rosc. com. von Cic. vertheidigt. Er starb um 62.

primum: zum ersten Mal, mit der Andeutung, dass vorher noch keine Abhandlung über den Witz in lateinischer Sprache geschrieben worden war.

docebo sus. Eine der Situation entsprechende Aenderung des Sprüchwortes: *sus Minervam* (sc. *docet*).

fenum, d. h. alle anderen Redner seien im Vergleich mit Crassus nur *pecudes* (*esse* = *edere*). Dafür erhebt bald darauf Crassus den Catulus mit den Worten *ambrosia alendus* unter die Götter.

234. *quasi in aliquo deversorio.* Die Präp. wird sonst nicht in der Apposition wiederholt, darf aber in Vergleichungssätzen mit *quasi* und *tamquam* nie fehlen; vgl. 6, 22; III. 15, 58: *tamquam ab opere.* Das hier gebrauchte Bild entspricht dem vorhergehenden *itinere disputationis.*

58. *perpaulum,* wie 35, 150, nicht *perpaululum,* was von Cic. nicht gebraucht zu sein scheint.

quaerantur: unum, quid sit; alterum, unde sit; tertium, sitne oratoris risum velle movere; quartum, quatenus; quintum, quae sint genera ridiculi. Atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quo modo exsistat atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus, et quo modo simul latera, os, venas, oculos, voltum occupet, viderit Democritus. Neque enim ad hunc sermonem hoc pertinet, et, si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod
236. ne illi quidem scirent, qui pollicerentur. Locus autem et regio quasi ridiculi — nam id proxime quaeritur — turpitudine et deformitate quadam continetur. Haec enim ridentur vel sola vel maxime, quae notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. Est autem, ut ad illud tertium veniam, est plane oratoris movere risum, vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat ei, per quem excitata est, vel quod admirantur omnes acumen, uno saepe in verbo positum, maxime respondentis, non numquam etiam lacessentis, vel quod frangit

---

235. *quid sit*, s. z. 25, 108; *cupientes*, concessiv, was durch ein folgendes *tamen* noch bestimmter angedeutet werden konnte.

viderit, wie Tusc. disp. II. 18, 42: *Sitne igitur malum dolere necne Stoici viderint;* de or. I. 58, 246: *tu ipse videris.* So wird der Conj. Perf. von *videre* in der 2. und 3. Person gebraucht, wenn man etwas von sich abweisen will, während die 1. Pers. Sing. des Fut. ex. zu der Form der *revocatio* angewendet wird, s. z. 8, 33: *de me videro.*

Democritus, s. z. 46, 193. Nicht sowohl als der stets Lachende, sondern noch mehr als der Naturphilosoph muss er hierüber ein massgebendes Urtheil besessen haben.

pertinet, wie 31, 133; *scirent*, sc. *si eos rogares.* Gemeint sind die *artium magistri*, vgl. 54, 217; *pollicerentur* ist von dem vorhergehenden Conj. Impf. attrahirt, was in den Nebensätzen einer hypothetischen Satzverbindung mit einem Conj. Impf. oder Plqupf. regelmässig geschieht.

236. *nam id proxime quaeritur.* Vgl. weiter unten: *ut ad illud tertium veniam*, und § 237: *quod in quarto loco quaerendi posueramus*: lauter Formen der Zurückbeziehung auf die vorhergegangene *partitio* im Uebergange zu einem neuen Hauptheile. Der Uebergang zum ersten Theile nach der *partitio* ist § 235 durch *Atque illud primum* bezeichnet.

turpitudine et deformitate: sowohl in Bezug auf Charakter als auf die äussere Erscheinung. Die Quelle ist wieder Aristot. art. poet. c. 6: *ἡ δὲ κωμῳδία ἐστίν, ὥςπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μέν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ, οὗ ἐστὶ τὸ γέλοιον μόριον· τὸ γὰρ γέλοιόν ἐστιν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον οὐ φθαρτικόν.*

plane: durchaus, schlechterdings; vgl. Brut. 59, 214: *in quacumque enim una (parte) clauderet, orator esse non posset.*

respondentis — lacessentis: in der Abwehr — im Angriff, wie I. 5, 17: *celeritasque et brevitas et respondendi et lacessendi.*

frangit, neml. die Heftigkeit des Angriffs, *impedit*: das weitere Vor-

adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod
refutat, vel quod ipsum oratorem politum esse hominem signi-
ficat, quod eruditum, quod urbanum, maximeque quod tristi-
tiam ac severitatem mitigat et relaxat odiosasque res saepe,
quas argumentis dilui non facile est, ioco risuque dissolvit.
Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori perquam dili- 237.
genter videndum est, id quod in quarto loco quaerendi po-
sueramus. Nam nec insignis improbitas et scelere iuncta nec
rursus miseria insignis agitata ridetur: facinorosos maiore qua-
dam vi quam ridiculi volnerari volunt: miseros illudi nolunt,
nisi se forte iactant. Parcendum autem est maxime caritati
hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. Haec igitur 59. 238.
adhibenda est primum in iocando moderatio. Itaque ea fa-
cillime luduntur, quae neque odio magno neque misericordia
maxima digna sunt. Quam ob rem materies omnis ridiculorum est
in iis vitiis, quae sunt in vita hominum neque carorum neque
calamitosorum neque eorum, qui ob facinus ad supplicium
rapiendi videntur; eaque belle agitata ridentur. Est etiam de- 239.
formitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad iocan-
dum: sed quaerimus idem, quod in ceteris rebus maxime
quaerendum est, quatenus. In quo non modo illud praeci-
pitur, ne quid insulse, sed etiam, si quid perridicule possis,

---

dringen des Gegners, *elevat*: das Gewicht seiner Beweise und seines Ansehens (etwa: vernichtet).

urbanum, oft = geistreich, witzig; vgl. 56, 227.

diluere und *dissolvere* werden beide, ersteres aber häufiger, als Synonyma von *infirmare* und *refellere* von der Widerlegung und Entkräftung einer Anschuldigung gebraucht; vgl. p. Sex. R. 29, 82: *Erucii criminatio tota — dissoluta est*, *nisi forte exspectatis ut illa diluam*, *quae de peculatu obiecit;* ebds. 15, 42. Ursprünglich von Trugschlüssen und verfänglichen Fragen gebraucht, wie Acad. II. 15, 46: *fallacis et captiosas interrogationes dissolvere*.

237. *scelere iuncta.* Nur das Part. Prf. und Fut. Pass. wird ohne *cum* mit dem Abl. verbunden; vgl. III. 14, 55: *hoc est magis probitate iungenda summaque prudentia.*

agitata, zu *improbitas* und *miseria* gehörig, s. z. 56, 229: *agitari.*

rursus: andrerseits, griech. αὖ. Vgl. Tusc. disp. I. 20, 45: *et habitabilis regiones et rursum omni cultu carentis.*

facinorosos ohne Verbindungspartikel, wie 56, 230: *Omnino probabiliora sunt.*

caritati, s. z. 51, 206 u. vgl. 75, 304. Uebrigens ist das Subst. hier durch ein Adject. wiederzugeben (geliebte Personen), wie I. 53, 228: *illorum orbitati*; ebds. 3, 10: *in obscuritate rerum.*

59. 239. *quatenus*, vgl. or. 22, 73: *in omnibusque rebus videndum est quatenus.*

In quo: wie 19, 83; *ne quid insulse*, sc. *dicatur.*

vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus. Quae cuius modi sint facilius iam intellegemus, cum ad ipsa ridiculorum genera venerimus.

Duo sunt enim genera facetiarum, quorum alterum re
240. tractatur, alterum dicto. Re, si quando quid tamquam aliqua fabella narratur, ut olim tu, Crasse, in Memmium, comedisse eum lacertum Largi, cum esset cum eo Tarracinae de amicula rixatus: salsa, ac tamen a te ipso ficta tota narratio. Addidisti clausulam tota Tarracina tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse litteras LLLMM. Cum quaereres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse: Lacerat
241. lacertum Largi mordax Memmius. Perspicitis genus hoc quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium, sive habeas vere quod narrare possis, quod tamen est mendaciunculis aspergendum, sive fingas. Est autem haec huius generis virtus, ut ita facta demonstres, ut mores eius, de quo narres, ut sermo, ut voltus omnes exprimantur, ut iis, qui audiunt,
242. tum geri illa fierique videantur. In re est idem ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione sumi solet, ut idem

---

scurrilis cet. Vgl. or. 26, 88: *Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobsceno, ne mimicum.*

re tractatur: in einer Sache (Begebenheit) zur Ausübung gelangt, vgl. I. 23, 109: *tractatione dicendi;* unten § 242.

240. *fabella*: Anekdote. Nach dem auct. ad Her. I. 6, 10 ist die Anekdote und Karrikirung besonders dann anzuwenden, wenn die Zuhörer ermüdet sind.

C. Memmius zog als Tribun im J. 111 v. Chr. den Consul L. Calpurnius Bestia und andere Mitglieder der Nobilität vor Gericht, weil sie sich von Jugurtha hatten bestechen lassen, war 104 Prätor und wurde 100 als Mitbewerber des C. Servilius Glaucia auf Anstiften dieses und des Volkstribunen L. Appulejus Saturninus in der Volksversammlung ermordet. Er wird von Cic. Brut. 36, 136 als ein *orator mediocris, accusator acer atque acerbus* (vgl. auch unten 70, 283), von Sallust. Jug. c. 27 als ein *vir acer et infestus potentiae nobilitatis* bezeichnet. Die hier mitgetheilte Anekdote hat Crassus wahrscheinlich in der *suasio legis Serviliae* (106) erzählt, um den beissenden Charakter des Memmius (als Redner und Liebhaber) zu persifliren.

litteras LLLMM. Diese von Crassus in einen jambischen Senar gebrachten Buchstaben hatten wahrscheinlich als Zahlzeichen den Zweck irgend einer nicht näher zu bestimmenden Anzeige. Wer Largius gewesen, ist unbekannt.

241. *Est autem haec — virtus*: Der Vorzug (d. h. die vollendete Form) besteht aber darin u. s. w. Zu dem vorhergehenden *quam sit* vgl. 31, 133.

242. *depravata imitatione*: Karrikirung. Die angeführten Worte

Crassus: Per tuam nobilitatem, per vestram familiam! Quid aliud fuit, in quo contio rideret, nisi illa voltus et vocis imitatio? Per tuas statuas! vero cum dixit et extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementius risimus. Ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: Tibi ego, Antipho, has sero, inquit. Senium est, cum audio. Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum, ut cautissime tractandum sit. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est, imitatio, sicut obscenitas. Orator surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiet, cogitet plura, quam videat; praestet idem ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda. Ergo 60. 243.
haec duo genera sunt eius ridiculi, quod in re positum est; quae sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominum mores et ita effinguntur, ut aut re narrata aliqua quales sint intellegantur aut imitatione brevi iniecta in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. In dicto autem 244.

---

hat Crassus nach einigen in der *censoria oratio* gegen seinen Collegen in der Censur, Cn. Domitius Ahenobarbus, nach anderen in der Vertheidigungsrede für Cn. Plancus gegen den *accusator* M. Junius Brutus, über welchen vgl. oben 55, 223 ff., gehalten. Für die zweite Ansicht könnte die Erwähnung der Statuen sprechen, deren eine dem L. Junius Brutus, dem Vertreiber des letzten Königs, errichtet war.

Tibi ego cet. Dieser Trimeter erinnert an den Tusc. disp. I. 14, 31 angeführten Vers aus den Synepheben des Cäcilius Statius (s. z. 10, 40): *Serit arbores quae alteri saeclo prosint*, und ist vielleicht aus demselben Lustspiel entlehnt. Antipho spricht diese an ihn selbst gerichteten Worte seines Vaters diesem nach, indem er sich über die Kargheit und Griesgrämlichkeit (*senium*) desselben beklagt, welcher seine Forderungen mit der Erklärung abweist, dass er ja nicht für sich, sondern allein für den Sohn spare. Ueber Roscius s. z. 57, 223.

Atque: Nun freilich; über *ita — ut* s. z. 4, 16; *ipso genere*: durch sein eigenes Wesen, d. i. durch die Sache selbst und ohne Zuthun der Worte = *ipsum per se; tractandum*, wie oben § 239.

Mimorum, vgl. § 239: *mimicus*. Die Mimen hiessen *ethologi*, insofern sie in bestimmten Charakterrollen die Gewohnheiten des niederen Volkes auch durch das Geberdenspiel nachahmten.

surripiat: gleichsam nur verstohlen und im Vorübergehen, d. h. andeutungsweise zur Anwendung bringen. Vgl. 62, 252: *sed nobis tantum licet furtim*.

audiet, das Fut., weil der regierende Satz eine Vorschrift enthält, s. z. 42, 178; *turpitudine* und *obscenitate* sind durch Adj. wiederzugeben; häufiger wird übrigens die *turpitudo* von den Dingen und die *obscenitas* von den Worten ausgesagt, wie z. B. in der zu 62, 252 citirten Stelle de off. I. 29, 104; vgl. ebds. I. 35, 127: *orationis obscenitas*. Zu *vitanda* vgl. 22, 90: *imitando*.

60. 243. *perpetuarum facetiarum*, s. 54, 220.

in aliquo — vitio: mit einem zur Verspottung besonders geeigneten

ridiculum est id, quod verbi aut sententiae quodam acumine movetur. Sed ut in illo superiore genere vel narrationis vel imitationis vitanda est mimorum ethologorum similitudo, sic in hoc scurrilis oratori dicacitas magno opere fugienda est. Qui igitur distinguemus a Crasso, a Catulo, a ceteris familiarem vestrum Granium aut Vargulam amicum meum? Non mehercule in mentem mihi quidem venit: sunt enim *item* dicaces; Granio quidem nemo dicacior. Hoc, opinor, primum, ne, quotienscumque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere.
245. Pusillus testis processit. Licet, inquit, rogare? Philippus. Tum quaesitor properans: Modo breviter. Hic ille: Non accusabis. Perpusillum rogabo. Ridicule. Sed se-

---

Fehler behaftet, eig. sich in der Sphäre eines Fehlers bewegend. So Tusc. disp. III. 9, 19: *inflatus et tumens animus in vitio est;* ebds. *in tumore* = *tumidus;* IV. 8, 17: *ut et in laude et in vitio nomen hoc sit;* IV. 37, 79: *intellegi debet perturbationem — omnem esse in opinione* = *opinatam.*

244. *acumine:* Spitze, Pointe; *movetur:* nach Analogie von *risum movere;* vgl. 61, 248.

scurrilis — dicacitas, also nicht die *dicacitas* an sich, sondern nur die plumpe und possenreisserische Witzrede soll der Redner vermeiden.

Granius war ein Auctionator (*praeco*), mit welchem Crassus und Antonius verkehrten, und als Spassmacher so bekannt, dass er auch in den Satiren des Lucilius eine hervorragende Rolle spielt; vgl. Brut. 43, 160: *ita tacitus tribunatus (Crassi fuit), ut, nisi in eo magistratu cenavisset apud praeconem Granium idque nobis bis narravisset Lucilius, tribunum plebis nesciremus fuisse;* p. Planc. 14, 30: *ille L. Crassi, ille M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune;* unten 62, 254; 70, 281 und 282. — Vargula ist sonst nicht weiter bekannt.

Non mehercule cet. Sinn: Ich habe bis jetzt, wo ich zum ersten Mal über diesen Gegenstand einen eingehenderen Vortrag zu halten unternehme, noch gar nicht daran gedacht, zumal da Granius und Vargula die Eigenschaft der *dicacitas* mit den erstgenannten theilen. Vgl. zu 42, 180: *nisi admonito.* Darum wird auch die nachfolgende Erklärung als eine nur unsichere ausgesprochen. Das eingeschobene *item* kann um der Deutlichkeit willen, namentlich mit Rücksicht auf den Zusatz *Granio quidem nemo dicacior*, nicht füglich entbehrt werden.

primum. Das zweite Glied wird § 247 mit *et* eingeführt: *et quod nos cum causa dicimus* cet.

ne — necesse habeamus dicere. Das Urtheil über das Verfahren eines Crassus und Catulus ist in eine aus demselben abstrahirte Vorschrift eingekleidet: dass wir nicht für nöthig halten sollen cet.

245. Philippus, der Consul des Jahres 91, welcher 47, 173 *in altercando cum aliquo aculeo et maledicto facetus* genannt wird. Vgl. oben 54, 220.

quaesitor: der vorsitzende Untersuchungsrichter in einem Criminalprocess.

Ridicule: denn im Lat. konnte *perpusillum* auch als masc. aufgefasst und auf den Richter bezogen werden. L. Aurifex ist nicht weiter bekannt.

debat iudex L. Aurifex brevior ipse quam testis etiam: omnis est risus in iudicem conversus; visum est totum scurrile ridiculum. Ergo haec, quae cadere possunt in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia. Ut iste, 246.
qui se volt dicacem et mehercule est, Appius, sed non numquam in hoc vitium scurrile delabitur, Cenabo, inquit, apud te, huic lusco familiari meo, C. Sextio: uni enim locum esse video. Est hoc scurrile quidem, et quod sine causa lacessivit et tamen id dixit, quod in omnes luscos conveniret. Ea, quia meditata putantur esse, minus ridentur. Illud egregium Sextii et ex tempore: Manus lava, inquit, et cena. Temporis igitur ratio et ipsius dicacitatis moderatio et tem- 247.

---

quam testis etiam, ganz wie im Deutschen: als der Zeuge sogar; eine seltenere, aber zur Hervorhebung von *testis* sehr geeignete Wortstellung. Aehnlich III. 25, 100: *in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.*

ridiculum, wie § 244: Spass; *ipso genere*, wie 59, 242.

246. *qui se volt dicacem* ohne *esse*, vgl. Phil. II. 6, 14; *vitrici te similem quam avunculi maluisti;* ebds. 8, 19: *cupit enim se audacem.* Tusc. disp. V. 19, 54: *utrum malles te, si potestas esset, semel ut Laelium consulem an ut Cinnam quater?* ebds. 23, 66: *qui se non hunc mathematicum malit quam illum tyrannum;* de opt. gen. or. 2, 6: *acutiorem se quam ornatiorem velit;* ebds. 5, 15: *qui se Atticos volunt;* de fin. V. 5, 13: *physicum se voluit.*

Appius, der Deutlichkeit wegen nachträglich hinzugefügt, vgl. III. 1, 4; 23, 87 u. ö. Ob Cäsar den Vater des Clodius, den Consul des J. 79, meint, ist unbestimmt; jedenfalls ist es ein anderer Appius als der 70, 284 erwähnte.

C. Sextio: nicht näher zu bestimmen. Ein Mann dieses Namens, welcher 100 Prätor war, wird Brut. 34, 130 erwähnt: *ingenio et sermone eleganti, valetudine incommoda C. Sextius Calvinus fuit, qui etsi, cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non saepe faciebat.* Dieser Calvinus kehrt unten § 249 noch einmal wieder.

uni enim locum esse video: die Rechtfertigung davon, dass er sich bei Sextius zu Tische ladet, zugleich aber auch eine frostige und gesuchte Anspielung auf das eine Auge desselben.

et tamen, anakoluthisch gesagt für *et quod tamen*, wenn nicht etwa vorher *quod et* für *et quod* zu schreiben ist.

Illud egregium Sextii: Die Auslassung der Copula verleiht dem Satze den Charakter effectvoller Darstellung. Noch mehr ist dies in den *membratim incisa*, wie oben 56, 227: *Sed haec tragica atque divina* der Fall, wo die Auslassung zu scharfer Markirung der Gegensätze dient. Vgl. mit der letzten Stelle noch p. Lig. 4, 11: *Haec admirabilia, sed prodigii simile est, quod dicam;* Phil. II. 11, 25: *Sed haec vetera, illud vero recens, Caesarem meo consilio interfectum.*

Manus lava: eine Andeutung der Unsauberkeit seiner (habsüchtigen) Gesinnung und vielleicht auch seiner Erscheinung.

perantia et raritas dictorum distinguet oratorem a scurra, et quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus aliquid, illi totum diem et sine causa. Quid enim est Vargula adsecutus, cum eum candidatus A. Sempronius cum M. suo fratre complexus esset: Puer, abige muscas? Risum quaesivit, qui est mea sententia vel tenuissimus ingenii fructus. Tempus igitur dicendi prudentia et gravitate moderabimur; quarum utinam artem aliquam haberemus! sed domina natura est.

61. 248. Nunc exponamus genera ipsa summatim, quae risum maxime moveant. Haec igitur sit prima partitio, quod facete dicatur, id alias in re habere, alias in verbo facetias; maxime autem homines delectari, si quando risus coniuncte re verboque moveatur. Sed hoc mementote, quoscumque locos attingam, unde ridicula ducantur, ex iisdem locis fere etiam gravis sententias posse duci. Tantum interest, quod gravitas honestis

---

247. *et quod nos* cet., s. z. § 244: *primum.*

A. Sempronius Musca warb, von seinem Bruder unterstützt, wie alle Candidaten, durch freundliche Begrüssung derjenigen, welche ihm begegneten, um deren Stimmen; vgl. I. 24, 111; 56, 239. Wegen ihres Cognomens lag übrigens die Vergleichung mit den zudringlichen Fliegen nicht fern.

suo fratre, s. z. 49, 201: *meos necessarios.*

puer: der seinen Herrn bei seinen Ausgängen begleitende Sklave, der *pedissequus.* Wie hier werden auch im 3. Buch von 39, 158 an fremde Aussprüche häufig ohne irgend eine Vermittelung eingefügt.

61. 248. *genera ipsa*: im Gegensatz zu den vorher bezeichneten Grenzen des Witzes, innerhalb deren sich der Redner bewegen soll; *summatim*, wie 36, 153.

partitio — id habere cet. Von einem Subst. ist ohne einen vermittelnden Verbalbegriff nur selten der Acc. c. Inf. abhängig; vgl. jedoch Tusc. disp. IV. 38, 83: *animi morborum una sanatio est, omnis opinabilis esse et voluntarios*, wo man unwillkürlich zu dem Subst. *credere* hinzuergänzt. Einfacher sind Stellen, wo der Inf. von *spes* abhängt, oder von *cogitatio*, wie Tusc. disp. III. 16, 34: *perpetua in omni vita cogitatio nihil esse quod non accidere possit.* An der vorliegenden Stelle ist etwa *ut statuamus* hinzuzudenken.

in re habere — facetias, vgl. 62, 252: *in verbis habet leporem omnem.*

Sed hoc mementote. Damit verlässt Cäsar einstweilen sein Thema, um nach mehreren Bemerkungen erst 63, 255 wieder zu demselben zurückzukehren.

ex iisdem locis cet. Noch allgemeiner 53, 215: *perspicuum est, omnium rerum in contrarias partis facultatem ex iisdem suppeditari locis.* — *fere*: in der Regel.

Tantum: Nur so viel, wie oft, z. B. I. 4, 14; III. 6, 24: *Tantum significabo brevi* cet. u. a.

honestis in rebus et severis. Vgl. de off. II. 3, 10: *Summa quidem*

in rebus et severis, iocus in turpiculis et quasi deformibus ponitur, velut iisdem verbis et laudare frugi servum possumus et, si est nequam, iocari. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furaci servo: Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum nec occlusum: quod idem in bono servo dici solet.
Sed hoc iisdem etiam verbis; ex iisdem autem locis omnia nas- 249.
cuntur. Nam quod Sp. Carvilio graviter claudicanti ex volnere ob rem publicam accepto et ob eam causam verecundanti in publicum prodire mater dixit: Quin prodis, mi Spuri? quotienscumque gradum facies, totiens tibi tuarum virtutum veniet in mentem; praeclarum et grave est: quod Calvino Glaucia claudicanti: Ubi est vetus illud: num claudicat? At hic clodicat; hoc ridiculum est;

---

auctoritate philosophi severe sane atque honeste haec genere confusa cogitatione distinguunt. Zu *honestis in rebus* wird *et severis* als beschränkende Bestimmung hinzugefügt, und ebenso *et quasi deformibus* zu *turpiculis.*

ponitur: wird gefunden, hat seine Stätte. So auch 32, 140 und *positum esse:* 62, 252 u. ö.

Neronianum, ein Ausspruch des C. Claudius Nero, welcher 207 Consul war und den Hasdrubal bei Sena besiegte: wahrscheinlich aus Cato's Apophthegmata entlehnt, s. 67, 271.

in furaci servo: in Hinsicht auf, über cet. So namentlich bei den Verben des Affects, wie III. 14, 53: *In quo igitur exhorrescunt — in quo exclamant?* ebds. 43, 171: *In quo lepide soceri mei persona lusit* cet., 43, 172 u. o. Mit *furaci* vgl. hinsichtlich der Endung 20, 75: *excellenti.*

obsignatum, denn die Römer pflegten ihre Vorräthe, um sie gegen Veruntreuungen zu sichern, mit dem Siegelring zu versiegeln.

ex iisdem autem locis, d. h. wenn auch nicht, wie in dem vorher angeführten Beispiel, die Worte, sondern nur die Begriffe dieselben sind, welche in entgegengesetzter Weise angewendet werden können.

249. Sp. Carvilius, wahrscheinlich der Consul vom J. 234 und 228, der wegen seiner Tapferkeit grosses Ansehen genoss.

ob eam causam, so immer bei Cic., nicht *eam ab causam.*

Quin, wie 29, 127.

Ueber Calvinus s. z. § 246. C. Servilius Glaucia, mit Saturnin im J. 100 getödtet. Vgl. 59, 240 zu Memmius und Brut. 62, 224: *Longe autem post natos homines improbissimus C. Servilius Glaucia, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus.*

Ubi est vetus illud cet. Wenn es richtig ist, dass man sich mit der Frage *num claudicat?* nach der politischen Gesinnungstüchtigkeit und Festigkeit eines Mannes zu erkundigen pflegte, so muss man annehmen, dass Calvinus in einer Wandelung seiner Grundsätze sich zu der Marianischen Partei hinneigte und deshalb sogar von dem Demagogen Glaucia verspottet wurde. Der Sinn dieser Stelle würde dann sein: Auf den hinkenden Calvinus kann gar nicht mehr die Frage *Num claudicat?* Anwendung finden, sondern man darf sich nach ihm nur noch etwa mit dem volksmässigen Ausdruck *clodicat* erkundigen.

et utrumque ex eo, quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum. Quid hoc Navio ignavius? severe Scipio; at in male olentem: Video me a te circumveniri, subridicule Philippus: At utrumque genus continet verbi ad lit-
250. teram immutati similitudo. Ex ambiguo dicta vel argutissima putantur, sed non semper in ioco, saepe etiam in gravitate versantur. Africano illi superiori coronam sibi in convivio ad caput accommodanti, cum ea saepius rumperetur, P. Licinius Varus: Noli mirari, inquit, si non convenit; caput enim magnum est: laudabile et honestum. At ex eodem genere est: Calvus satis est, quod dicit parum. Ne multa: nullum genus est ioci, quo non ex eodem severa et gravia
251. sumantur. Atque hoc etiam animadvertendum est, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum quam sannio est? Sed ore, voltu, imitandis moribus, voce,

---

et: und doch.

Navio. Wer dieser Navius und welches die Veranlassung dieses Witzes gewesen, ist unbekannt. Dasselbe gilt von Scipio.

circumveniri wurde nach der älteren Aussprache wie *circo veniri* gesprochen. Wenn nun Philippus statt des ersten *c* ein *h* hören liess, so entstand, da der passivische Inf. *veniri* von *vĕneo* nicht unerhört war, der Sinn: Ich sehe, dass ich von dir Stinkbock verkauft, d. h. überlistet werde. Vgl. Hor. sat. I. 2, 27: *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.* — *At utrumque* dem vorhergehenden *et utrumque* entsprechend; s. z. 76, 193.

utrumque genus, neml. das *severum* und das *ridiculum* in beiden Beispielen; *continet similitudo* für das häufigere *continetur similitudine* = *positum est in similitudine* (s. oben § 248 zu *ponitur*); *ad litteram* (in einem Buchstaben, vgl. 63, 256) *immutati*, denn *ignavius* unterscheidet sich von *Navius* (*Gnavius*) nur durch ein vorgesetztes *i*, und *hirco veniri* ist durch Veränderung des *c* in *h* aus *circomveniri* gebildet.

250. *Africano — superiori*, statt des häufigeren *maiori*, vgl. Brut. 19, 77: *P. Crassus — cum superiore Africano consul fuit;* p. Arch. p. 9, 22: *Carus fuit Africano superiori noster Ennius;* de fin. V. 24, 70; Phil. V. 17, 48.

P. Licinius Varus war Prätor im J. 208.

caput zuerst im eigentlichen und dann im übertragenen Sinne = *ingenium* genommen.

ex eodem genere, d. h. der auf einem Worte beruhenden Amphibolie.

Calvus satis est: von einem Kahlköpfigen gesagt, dessen Rede zugleich eine *exilis* und *inops* war. Etwa: Das muss man sagen, kahl ist er genug. Aber die Worte *quod dicit parum* enthalten eine von Cic. hinzugefügte Erklärung und an ein Nom. propr. Calvus ist hier schwerlich zu denken.

quo non ex eodem, wie 28, 124: *qui idem.*

sannio. Der römische Harlekin oder Hanswurst soll seinen Namen von einem lateinischen Spassmacher, welcher so hiess, erhalten haben. Vgl. Nonius s. v. Sanniones: *qui sunt in dictis fatui et in motibus et in schemis* (σχήμασι), *quos μωροὺς vocant Graeci.*

denique corpore ridetur ipso. Salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eius modi oratorem esse velim, sed ut mimum. Qua re primum genus hoc, quod risum vel maxime movet, non 62.
quo ferro decernitur. Zu diesem doppelten Abl. (der Veranlassung und des Werkzeugs) vgl. III. 44, 174: *ut et verborum numero et vocum modo delectatione vincerent aurium satietatem;* Tusc. disp. III. 15, 33: *quibus (voluptatibus) ille et praeteritarum memoria et spe consequentium sapientis vitam refertam putat;* de prov. cons. 9, 22: *an ego possum huic esse inimicus, cuius litteris, fama, nuntiis celebrantur aures cotidie meae novis nominibus gentium, nationum, locorum?* Ebds. 14, 34.

hoc magis in oratione est spectandum, in qua non vis potius quam delectatio postulatur! Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat et quod totum repente evolvat; sic omnia, quae fiunt quaeque aguntur acerrime,
318. lenioribus principiis natura ipsa praetexuit. Haec autem in dicendo non extrinsecus alicunde quaerenda, sed ex ipsius visceribus causae sumenda sunt. Idcirco tota causa pertemptata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis
319. considerandum est quo principio sit utendum. Sic et facile reperientur: sumentur enim ex iis rebus, quae erunt uberrimae vel in argumentis vel in iis partibus, ad quas dixi digredi saepe oportere, [ita] et momenti aliquid adferent, cum erunt paene ex intima defensione deprompta, et apparebit ea non modo non esse communia nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quae tum agatur, effloruisse.

---

non — potius quam, vgl. 29, 126: *non potuisse potius, quam — maluisse; speciem:* zu einem schönen Aussehen.

se — profundat, vgl. 21, 88: *sese nimium profuderunt.* Vor *profundat* scheint ein Wort wie *protinus* ausgefallen zu sein, welches dem folgenden *repente* entspricht.

quod totum repente evolvat: welches sein ganzes Inneres, seinen ganzen Lebensgehalt auf einmal herauskehre.

sic omnia cet. ist als Epiphonem, d. h. als nachträgliche, durch ein demonstratives Wort eingeleitete Rechtfertigung des Vorhergehenden anzusehen. Häufiger wird es von Cic. mit *ita*, *adeo* oder *usque eo* eingeleitet.

fiunt: entsteht (in der Natur), *aguntur:* wird (von Menschen) gethan.

praetexuit: hat vorbereitet; vgl. de div. II. 54, 112: *in Sibyllinis — primis litteris illius sententiae carmen omne praetexitur.*

318. *in dicendo*, attributiv als nähere Erklärung zu *Haec (principia)* hinzugefügt; vgl. z. 53, 215: *in contrarias partis.* Es folgt jetzt die Ausführung der Vorschrift 78, 316: *tum vero causarum propria esse debent.*

visceribus. Dieselbe Metapher findet sich Phil. I. 15, 36: *qui — in medullis populi Rom. ac visceribus* (im innersten Herzen) *haerebant;* vgl. *nervis* in der zu § 315 aus III. 27, 106 citirten Stelle.

tota causa pertemptata cet.: erst oder nur nachdem u. s. w.

319. *reperientur* cet. Der Hauptgedanke im Vorhergehenden ist: *Haec autem in dicendo (principia) . . . sumenda sunt*, während die Worte *Idcirco . . . sit utendum* nur die Geltung einer parenthetischen und unwesentlichen Bemerkung haben, weshalb das Folgende nicht an das unmittelbar voranstehende *quo principio* angeschlossen zu werden brauchte, sondern sich auf den früheren Gedanken beziehen durfte, in welchem der Plur. von *principium* steht. Der Plur. der Prädicate *reperientur*, *sumentur* u. s. w. ist also ganz gerechtfertigt.

vel in argumentis cet., vgl. 72, 291 und 77, 310; *communia* cet., s. z. 77, 315: *aut volgare aut commune.*

effloruisse, ein häufiger Tropus für das Entstehen, mit der Vorstellung

Omne autem principium aut rei totius, quae agetur, 79. 320. significationem habere debebit aut aditum ad causam et communitionem aut quoddam ornamentum et dignitatem. Sed oportet, ut aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum praeponere. Itaque in parvis atque infrequentibus causis ab ipsa re est exordiri saepe commodius. Sed cum erit utendum principio, quod plerumque 321. erit, aut ex reo aut ex adversario aut ex re aut ex eis, apud quos agetur, sententias duci licebit. Ex reo — reos appello, quorum res est —, quae significent bonum virum, quae liberalem, quae calamitosum, quae misericordia dignum, quae valeant contra falsam criminationem: ex adversario iisdem ex locis fere contraria. Ex re, si crudelis, si nefanda, si praeter 322. opinionem, si immerito, si misera, si ingrata, si indigna, si nova, si quae restitui sanarique non possit: ex iis autem, apud quos agetur, ut benevolos beneque existimantis efficiamus:

---

der Schönheit und Fülle, vgl. I. 6, 20: *ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio;* III. 48, 185: *ex istis modis — anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit;* Lael. 27, 100: *quae tamen (utilitas) ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis.*

79. 320. *communitionem*, was bei Aristot. Rhet. III. 14 ὁδοποίησις heisst: Wegbahnung.

aedibus: Wohnungen; *vestibula et aditus*, vgl. or. 15, 50: *Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam (orator) faciet illustres.*

infrequentibus: schwach besucht, weil unbedeutend. Dass hier nur an den Gegensatz zwischen geringfügigen und bedeutenden Processen zu denken ist, welche letzteren in § 321 gemeint sind, ergibt sich aus dem vorhergehenden *pro portione rerum.* Es ist also *infrequentibus* ein Synonymum von *parvis* und dafür nicht *in frequentibus* (in häufig vorkommenden) zu schreiben. Aristoteles erwähnt Rhet. III. 14 noch die hier unbeachtet gebliebene Voraussetzung, dass der Gegenstand ein bekannter ist: ἂν δῆλον ᾖ καὶ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηστέον προοιμίῳ.

321. *eis, apud quos agetur,* wie unten § 322: den *iudices.*

reos cet., vgl. 43, 183. An der Wiederholung dieser Definition ist nach so grossem Zwischenraum kein Anstoss zu nehmen.

bonum virum, s. z. 20, 85; *iisdem ex locis,* vgl. 53, 215; 43, 182: *Itaque eadem sunt in adversarios ex contrario conferenda.* Dasselbe wird 61, 248 hinsichtlich der Fundstätten für witzige und ernste Gedanken behauptet.

322. *immerito:* unverschuldet, ohne Schuld, wie immer *nullo merito* mit einem Pron. poss. oder Gen. Uebrigens ist der prädicative Gebrauch der adverbiellen und präpositionellen Bestimmung (*praeter opinionem,* vgl. 78, 318: *in dicendo*) hier wegen der Verbindung mit adjectivischen Prädicaten weniger auffällig.

sanari, syn. mit *restitui* od. *corrigi:* wieder gut machen, anders als 75, 303.

ut benevolos beneque existim. cet.: um eine wohlwollende Gesinnung

quod agendo efficitur melius quam rogando. Est id quidem in totam orationem confundendum nec minime in extremam;
323. sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur. Nam et attentum monent Graeci ut principio faciamus iudicem et docilem; quae sunt utilia, sed non principii magis propria quam reliquarum partium; faciliora etiam in principiis, quod et attenti tum maxime sunt, cum omnia exspectant, et dociles magis in initiis esse possunt. Illustriora enim sunt, quae in principiis quam quae in mediis causis dicuntur aut arguendo aut refel-
324. lendo. Maximam autem copiam principiorum ad iudicem aut

---

und günstige Ansicht in ihm hervorzurufen, vgl. de off. III, 6, 31: *ne ipse de se bene existimans seseque diligens hanc causam habeat ad iniuriam;* ad Att. VI. 2, 3: *de isto Dicaearcho non minus bene existimabat quam tu de C. Vestorio.*

quod agendo cet., d. h. mehr durch den ganzen Vortrag als durch die im Anfange an die Zuhörer gerichtete Bitte; vgl. 19, 82. Die Darstellung ist insofern nicht frei von Nachlässigkeit, als der Schriftsteller mit den Worten *quod agendo — rogando* etwas erwähnt, was mit der begonnenen Topik der Einleitungen nicht im Einklang steht, während er dies erst im folgenden Satze durch *quidem* zu erkennen gibt und entschuldigt.

confundendum, s. z. 77, 310: *fusae*. Zum Inhalt vgl. Aristot. Rhet. III. 14, woher Cic. überhaupt für diesen Abschnitt das Meiste entlehnt hat: ἔτι τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινόν, ἐὰν δέῃ· πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον ἢ ἀρχόμενοι. διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται. ὥστε ὅπου ἂν ᾖ καιρός, λεκτέον, καί μοι προσέχετε τὸν νοῦν (vgl. Cic. p. Mil. 29, 79: *quin sic attendite, iudices*) οὐθὲν γὰρ μᾶλλον ἐμὸν ἢ ὑμέτερον, καὶ

ἐρῶ γὰρ ὑμῖν οἷον οὐδεπώποτε
ἀκηκόατε δεινὸν ἢ οὕτω θαυμαστόν.

ex eo genere, d. h. aus dem Streben, die Zuhörer zu gewinnen, also auch sie aufmerksam und für die Nachweisungen des Redners empfänglich zu machen.

323. *faciliora etiam* cet., also nicht als eine besonders wichtige Aufgabe des Redners zu betonen.

magis in initiis, neml. als im weiteren Verlauf der Reden, wo sie schon ermüdet sind. Uebrigens bedeutet *initia* nicht die Einleitungen als Theile der Reden, wofür nur *exordia* oder *principia* gesagt wurde, sondern die Anfänge des Redens der Zeit nach, durfte aber ohne Zweifel behufs der Abwechselung gebraucht werden, und ist auch wegen des vorhergehenden *tum*, *cum omnia exspectant*, durch die Rücksicht auf die Concinnität gerechtfertigt.

Illustriora: in die Augen fallender, wie 32, 137; *arguendo* und *refellendo* kann, wie häufig bei dem Ger., als Abl. modi aufgefasst werden: in Form einer Bezichtigung oder Widerlegung, ist aber urspr. Abl. causae: auf Veranlassung u. s. w.

adliciendum aut incitandum ex iis locis trahemus, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa; quos tamen totos explicari in principio non oportebit, sed tantum impelli iudicem primo leviter, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. Conexum 80.325.
autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tamquam citharoedi prooemium adfictum aliquod, sed cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur. Nam non nulli, cum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, ut audientiam fieri sibi nolle videantur. Atque eius modi illa prolusio debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel pugnare possint.

Narrare vero rem quod breviter iubent, si brevitas appel- 326.
landa est, cum verbum nullum redundat, brevis est L. Crassi oratio; sin tum est brevitas, cum tantum verborum est,

---

324. *incitandum*, neml. gegen den Gegner; *locis*, vgl. 77, 312.

conficiendos, nicht *conciendos (ciendos)* oder *concitandos*, was man ohne Noth hat schreiben wollen; jenes kann von *motus* ebenso gut gesagt werden als von der *fama* in Brut. 74, 259: *suavitas vocis et lenitas appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat;* vgl. p. Cluent. 27, 74: *sententiis sedecim absolutio confici poterat;* part. or. 13, 53.

incumbat: eindringe, mit ihrem ganzen Gewicht treffe; vgl. 44, 187: *inclinantem excipere.*

80. 325. *prooemium affictum aliquod:* ein hinzugebildetes od. angefügtes, also nur äusserlich mit dem Musikstück in Verbindung gesetztes Vorspiel, während *cohaerens* von der organischen Verbindung zu einem Ganzen gesagt ist, wie de deor. n. II. 32, 82; 34, 87; 45, 115; 62, 155 u. ö.

ediderunt: von sich gegeben haben.

audientiam: aufmerksames Gehör, wie Div. in Q. Caec. 13, 42: *Iam nunc mente et cogitatione prospicio —, quantam denique audientiam orationi meae improbitas illius factura sit;* ebenso Cat. m. 9, 28.

Samnitium: nach Liv. IX. 40, 17 zuerst von den Campanern aus Hass gegen die Samniten so benannt und als Bezeichnung für diese Klasse von Gladiatoren auch später beibehalten. Vgl. III. 23, 86.

sed ut, von *eius modi* abhängig, entspricht nicht genau dem vorhergehenden *non ut*, weil dort *ut* Vergleichungspartikel ist; *proluserint* und *possint*, neml. die *agentes* oder *oratores*.

326. *breviter:* Vgl. de inv. I. 20, 28: *Oportet igitur eam (narrationem) tris habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit.* Auch über die Erzählung urtheilt Cic. nach Aristot. Rhet. III. 16: *νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν . . . δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι ὥςπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τὸ ταχὺ ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα, ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι, ἢ τηλικαῦτα ἡλίκα βούλει· τῷ δ' ἐναντίῳ τὰ ἐναντία.*

L. Crassi oratio, s. Einl. n. 52; *tantum, quantum*, vgl. 35, 150.

quantum necesse est, aliquando id opus est; sed saepe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem adfert, sed etiam quod eam virtutem, quae narrationis est maxima, ut iucunda et ad persuadendum accommodata sit, tollit. Videant illa,

327. *Nam is póstquam excessit éx ephebis* ....

Quam longa est narratio! mores adulescentis ipsius et servilis percontatio, mors Chrysidis, voltus et forma et lamentatio sororis, reliqua pervarie iucundeque narrantur. Quod si hanc brevitatem quaesisset,

Effértur, imus: ád sepulcrum vénimus:
In ígni posita est,

decem versiculis totum conficere potuisset; quamquam hoc
328. ipsum: Effertur, imus, concisum est ita, ut non brevitati servitum sit, sed magis venustati. Quod si nihil fuisset, nisi: In igni posita est, tamen res tota cognosci facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis et inter-

---

iucunda et ad persuadendum accommodata. Vgl. part. or. 9, 31: *ut dilucide probabiliterque narremus necessarium est, sed adsumemus etiam suavitatem;* Top. 26, 97.

Videant, neml. dieselben, *qui narrare breviter iubent.*

Nam is postquam cet., aus Ter. Andr. I. 1, 24 ff., wo der Greis Simo in einer von Cic. auch sonst (de inv. I. 19, 27; 23, 33) als Muster bezeichneten Erzählung seinem Freigelassenen Sosia das Verhalten seines Sohnes Pamphilus schildert, wie dieser ihm lange seine Liebe zu der Schwester des Chrysis zu verheimlichen gewusst habe, bis sie ihm bei der Leichenbestattung der letzteren deutlich geworden sei.

excessit ex ephebis, von Terenz wahrscheinlich aus dem griech. Original des Menander beibehalten, da die Griechen sagten *ἐκ παίδων* od. *ἐφήβων ἐξέρχεσθαι.* Nach dieser Analogie hat auch Cic. von einem geborenen Griechen gesagt p. Arch. 3, 4: *ut primum ex pueris excessit Archias.*

327. *servilis percontatio* = *servi perc.*, sc. *Sosiae,* entsprechend den Gen. *adulescentis, Chrysidis* und *sororis,* da ein Gen. subi. oder obi. ebenso wie eine präpositionelle Bestimmung immer durch ein entsprechendes Adj. ersetzt werden kann, und zwar nicht bloss, wenn eine Gattung bezeichnet werden soll, wie z. B. p. Rosc. A. 17, 49: *non tu in isto artificio accusatorio callidior es, quam hic in suo,* sondern auch zur Bezeichnung bestimmter Personen, wie hier und p. Planc. 21, 52: *sed quid ego aedilicias (= aedilium) repulsas colligo?* Vgl. 83, 339: *populares lapsus.*

Effertur (vgl. 55, 225), *imus:* in der Schilderung des Leichenzuges bei Terenz a. a. O. v. 90; *ad sepulcrum* cet.: in der Beschreibung der Bestattung v. 101.

ita, ut, s. z. 78, 317; *servitum sit:* Bedacht genommen, vgl. z. 40, 171.

328. *festivitatem:* den Charakter der Gemüthlichkeit; *distincta personis:* durch Personen belebt, wie an der citirten Stelle des Terenz, wo

puncta sermonibus; et est et probabilius, quod gestum esse dicas, cum quem ad modum actum sit exponas, et multo apertius ad intellegendum est, si constituitur aliquando ac non ista brevitate percurritur. Apertam enim narrationem tam esse 329.
oportet quam cetera: sed hoc magis in hac elaborandum est, quod et difficilius est non esse obscurum in re narranda quam aut in principio aut in argumentando aut in perorando, et maiore etiam periculo haec pars orationis obscura est quam ceterae, vel quia, si quo alio in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est: narratio obscura totam accaecat orationem, vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius: narrationis unus est in causa locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur. Sed quando utendum sit aut non sit narratione, 81. 330.
id est consilii. Neque enim si nota res est nec dubium quid gestum sit, narrare oportet, nec si adversarius narravit, nisi

---

die Erzählung in der Form einer Unterredung zweier Männer mitgetheilt (*interpuncta sermonibus*) und eine grössere Anzahl von Personen in ihr erwähnt wird.

est et probabilius —, et multo apertius est. Diese Vereinigung des Chiasmus und der Anaphora von *est* findet sich öfter, wie I. 5, 18: *Tenenda praeterea est omnis antiquitas —, neque legum ac iuris civilis scientia neglegenda est;* III. 37, 150: *delectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est;* Tusc. disp. III. 30, 170: *et eadem res est et idem est homo;* V. 7, 18: *mathematicorum iste mos est, non est philosophorum;* de off. I. 19, 62: *non modo enim id virtutis non est, sed est potius immanitatis.*

constituitur, neml. *quod gestum esse dicas,* wie auch a. a. O. die Erzählung des Simo mehrfach durch die Zwischenreden des Sosia unterbrochen und gewissermassen zum Anhalten gebracht wird: ein militärischer und von dem *agmen* oder den Truppen vielfach gebrauchter Ausdruck; *ac non:* und nicht vielmehr.

329. *in argumentando.* Mit den verschiedenen Thätigkeiten des Redners sind auch verschiedene Stellen oder Theile der Rede bezeichnet.

verbis usitatis. Vgl. III. 13, 48: *ut disputemus quibus rebus assequi possimus, ut ea, quae dicamus, intellegantur: Latine scilicet dicendo, verbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quae significari ac declarari volemus. —, non discerptis sententiis, non praeposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine.*

ordine temporum conservato, d. h. indem die Zeitfolge der wirklichen Begebenheit in der Erzählung unverletzt erhalten bleibt od. zu genauer Darstellung gelangt. Vgl. z. 19, 81: *conservanda.*

si refellemus. Ac si quando erit narrandum, nec illa, quae suspicionem et crimen efficient contraque nos erunt, acriter persequemur et quicquid potuerit detrahemus; ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, ut causae noceamus, accidat. Nam ad summam totius causae pertinet, caute an contra demonstrata res sit, quod omnis orationis reliquae fons est narratio.

331. Sequitur, ut causa ponatur, in quo videndum est quid in controversiam veniat. Tum suggerenda sunt firmamenta causae coniuncte et infirmandis contrariis et tuis confirmandis. Namque una in causis ratio quaedam est eius orationis, quae ad probandam argumentationem valet. Ea autem et confirmationem et reprehensionem quaerit; sed quia neque reprehendi, quae contra dicuntur, possunt, nisi tua confirmes, neque haec confirmari, nisi illa reprehendas, idcirco haec et natura et utilitate
332. et tractatione coniuncta sunt. Omnia autem concludenda ple-

---

81. 330. *si refellemus:* das Fut., weil die im Hauptsatz ausgesprochene allgemeine Vorschrift nunmehr auf einen bestimmten Fall der Zukunft bezogen wird.

potuerit, s. z. 20, 85: *si potuero; ne illud* cet., s. 73, 297.

ad summam — pertinet: es ist für die Entscheidung von Belang.

demonstrata, sowohl von der (lichtvollen) Erzählung als dem überzeugenden Beweise gebraucht, wie einerseits I. 31, 143: *deinde rem demonstrandam,* andrerseits II. 28, 124: *demonstrare gravissimis verbis* u. 73, 297: *demonstres velim:* darlegen.

331. *Sequitur*, stets absolut mit folgendem *ut* oder Nom. eines Nomens, wenn lediglich der Uebergang zu einem neuen Haupttheile bezeichnet wird, vgl. 10, 41. Dagegen steht es mit *ut* oder Acc. c. Inf. in der Bedeutung: daraus folgt, aber ohne *hinc*, *inde*, *ex eo* od. *ex quo*.

causa ponatur (die *propositio*), wie 27, 117: dass das Thema oder der Streitpunkt festgestellt werde; *quid in controversiam veniat,* ebenso I. 31, 139 und dasselbe wie ebenda 30, 132: *quid faciat causam.*

suggerenda, vgl. 27, 117; *contrariis et tuis*, substantivirte Neutra, wie III. 25, 98: *illo ipso horrido obsoletoque;* ebds. 28, 109: *tribus.*

firmamenta. Sonst bezeichnet dies Wort den hauptsächlichsten Stützpunkt der Vertheidigung, z. B. de inv. I. 14, 19: *firmamentum est firmissima argumentatio defensoris.*

quaedam: um mich so auszudrücken; *eius orationis*, vgl. 27, 114: *omnis illa oratio*, und zu der Verbindung mit *ratio* (Tendenz) 44, 185: *ratio orationis.*

ad probandam argumentationem: um die Beweisführung einleuchtend oder überzeugend zu machen, der Beweisführung Anerkennung oder Eingang zu verschaffen.

confirmationem: Begründung od. Erhärtung, auch sonst in Verbindung mit der Widerlegung als ein Theil der ganzen Beweisführung bezeichnet, wie Part. or. 9, 33 u. 12, 44: *quoniam in confirmationem et reprehensionem diviseras orationis fidem.*

rumque rebus augendis vel inflammando iudice vel mitigando; omniaque cum superioribus orationis locis tum maxime extremo ad mentis iudicum quam maxime permovendas et ad utilitatem nostram vocandas conferenda sunt.

Neque sane iam causa videtur esse cur secernamus ea 333. praecepta, quae de suasionibus tradenda sunt aut laudationibus. Sunt enim pleraque communia; sed tamen suadere aliquid aut dissuadere gravissimae mihi esse personae videtur. Nam et sapientis est consilium explicare suum de maximis rebus et honesti et diserti, ut mente providere, auctoritate probare, oratione persuadere possis.

Atque haec in senatu minore apparatu agenda sunt; sa- 82. piens enim est consilium multisque aliis dicendi relinquendus locus; vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio. Contio capit 334. omnem vim orationis et gravitatem varietatemque desiderat. Ergo in suadendo nihil est optabilius quam dignitas. Nam

---

332. *rebus augendis*, Abl. instr. von *inflammando* und *mitigando* abhängig, bez. die αὔξησις mit ihrem Gegensatze, der μείωσις. Vollständiger I. 31, 143: *extrema autem oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda (cognoram)*; III. 26, 104: *Summa autem laus eloquentiae est amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiciendum.* Arist. Rhet. III. 19: ὁ ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως, καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι, καὶ ἐκ τοῦ εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι, καὶ ἐξ ἀναμνήσεως.

333. *iam:* nunmehr, d. h. nachdem das *genus iudiciale* vollständig behandelt worden ist.

de suasionibus: über die Senats- und Volksreden, also das *genus deliberativum*, *laudationibus*, wovon 84, 341 ff.: das *genus demonstrativum.* Vgl. 10, 42 ff.; 11, 47 ff. Ueber die Weglassung der Präpos. hinter *aut* vgl. z. 20, 84: *mediocribus.*

sed tamen cet., d. h. *quamquam pleraque iudicialis et horum generum communia sunt, tamen unum illud eorum non commune est, quod suadere — videtur.*

gravissimae personae, ein Begriff, welcher § 334 durch *dignitas* bezeichnet ist.

consilium explicare suum de maximis rebus cet., vgl. 9, 35: *Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia.*

82. *consilium*, neml. *patrum*, wie III. 1, 2: *videndum sibi esse aliud consilium; illo senatu se rem publ. gerere non posse.*

vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio. Vgl. Div. in Qu. Caec. 11, 36: *cum omnis adrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae longe molestissima.*

334. *capit:* lässt zu od. verträgt.

Ergo, d. h. Um also zur Sache überzugehen. Es vermittelt den

qui utilitatem putat, non quid maxime velit suasor, sed quid interdum magis sequatur videt. Nemo est enim, praesertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem: sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor ea
335. neglecta ne dignitatem quidem posse retineri. Controversia autem inter hominum sententias aut in illo est, utrum sit utilius; aut etiam, cum id convenit, certatur, utrum honestati potius an utilitati consulendum sit. Quae quia pugnare inter se saepe videntur, qui utilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, potentiae, vectigalium, praesidii militum, ceterarum rerum, quarum fructum utilitate metimur, itemque incommoda contrariorum. Qui ad dignitatem impellet, maiorum exempla, quae erunt vel cum periculo gloriosa, colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit; utilitatem ex laude nasci defendet semperque eam cum dignitate esse coniunctam. Sed
336. quid fieri possit aut non possit quidque etiam sit necesse aut

---

Uebergang zu der systematischen Besprechung eines Gegenstandes, welche bereits durch eine längere Erörterung vorbereitet worden ist. Ebenso or. 54, 183 u. 61, 207.

nihil est optabilius, d. h. *nihil magis suadendum* od. *commendandum est.*

quid maxime velit: als vornehmsten Zweck od. als letztes Ziel verfolgt; *quid interdum magis sequatur:* was er mitunter (zunächst) angelegentlicher ins Auge fasst.

vincit: tritt in den Vordergrund, gewinnt die Oberhand, neml. für den Redner.

335. *inter hominum sententias*, eine dem römischen Idiom durchaus entsprechende Umschreibung von *inter homines.*

utrum honestati potius cet., eine Frage, deren Erörterung den Inhalt des 3. B. von Cicero's Schrift *de officiis* bildet.

praesidii militum: der militärischen Streitmacht; *contrariorum*, vgl. zu dem substantivirten Neutrum 81, 331: *et infirmandis contrariis et tuis confirmandis.*

quae erunt, d. i. *quae sese offerent* od. *occurrent.* Solche Beispiele finden sich de imp. Cn. Pomp. 5, 11 und 6, 14.

vel: nöthigenfalls; *cum periculo* macht mit *gloriosa* einen Begriff aus.

defendet, s. z. 26, 110.

336. *Sed quid fieri possit* cet. Sehr ähnlich äussert sich Cic. Part. or. 24, 83: *Est igitur in deliberando finis utilitas, ad quem ita referantur omnia in consilio dando sententiaque dicenda, ut illa prima sint suasori aut dissuasori videnda, quid aut possit fieri aut non possit et quid aut necesse sit aut non necesse. Nam et, si quid effici non potest, deliberatio tollitur, quamvis utile sit; et, si quid necesse est — necesse autem id est, sine quo salvi liberive esse non possumus — id est reliquis et honestatibus in civili ratione et commodis anteponendum.* Ebenso Aristot. Rhet. I. 4: ὅσα δὲ ἐξ ἀνάγκης ἢ ἔστιν ἢ ἔσται ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ γενέσθαι, περὶ δὲ τούτων οὐκ ἔστι συμβουλή.

non sit, in utraque re maxime est quaerendum. Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intellegitur non posse fieri aut si necessitas adfertur; et qui id docuit non videntibus aliis, is plurimum vidit. Ad consilium autem de re publica dandum 337.
caput est nosse rem publicam; ad dicendum vero probabiliter nosse mores civitatis, qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est saepe mutandum. Et quamquam una fere vis est eloquentiae, tamen quia summa dignitas est populi, gravissima causa rei publicae, maximi motus multitudinis, genus quoque dicendi grandius quoddam et illustrius esse adhibendum videtur; maximaque pars orationis admovenda est ad animorum motus non numquam aut cohortatione aut commemoratione aliqua aut in spem aut in metum aut ad cupiditatem aut ad gloriam concitandos, saepe etiam a temeritate, iracundia, spe, iniuria, invidia, crudelitate revocandos. Fit autem, ut, 83. 338.
quia maxima quasi oratoris scaena videtur contio esse, natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitemur. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut, quem ad modum tibicen sine

---

incidītur. Aehnlich Phil. II. 19, 47: *etsi incidamus* (kurz abthun), *opinor, media, ne nimis sero ad extrema veniamus.*

iam: ohne weiteres, auf der Stelle, vgl. Tusc. disp. I. 51, 98: *Sin vera sunt quae dicuntur migrationem esse mortem — id multo iam beatius est.*

337. *nosse rem publ.* Vgl. Aristot. Rhet. I. 8: *ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ τὰς πίστεις φέρειν ἐν τῷ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν, σχεδὸν εἴρηται· μέγιστον δὲ καὶ κυριώτατον ἁπάντων πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν καὶ καλῶς συμβουλεύειν τὰς πολιτείας ἁπάσας λαβεῖν καὶ τὰ ἑκάστης ἔθη καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα διελεῖν. πείθονται γὰρ ἅπαντες τῷ συμφέροντι, συμφέρει δὲ τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν.*

civitatis: der Bürgerschaft.

admovenda est cet. Vgl. I. 14, 60: *Quaero enim — num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam exstinguendos;* zum Inhalt ebd. 8, 30: *neque vero mihi quicquam praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum coetus, mentis adlicere, voluntates impellere quo velit, unde autem velit deducere.*

83. 338. *quasi oratoris scaena:* eine dem Redner eigenthümliche oder für den Redner bestimmte Schaubühne, um mich so auszudrücken. Vgl. II. 13, 57: *clarissima quasi rhetorum officina*, und zu dem Inhalt Lael. 26, 97: *Quod si in scaena, id est in contione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est, quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur?*

quem ad modum tibicen cet. Vgl. Brut. 51, 192: '*Ego vero — in iis etiam causis, in quibus omnis res nobis cum iudicibus est, non cum populo, tamen, si a corona relictus sim, non queam dicere*'. '*Ita se — res habet: ut, si tibiae inflatae non referant sonum, abiciendas eas sibi tibicen putet, sic oratori populi aures tamquam tibiae sunt; eae si inflatum non recipiunt aut si auditor omnino tamquam equus non facit, agitandi finis faciendus est.*

tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens
339. esse non possit. Et cum sint populares multi variique lapsus, vitanda est acclamatio adversa populi; quae aut orationis peccato aliquo excitatur, si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videtur, aut hominum offensione vel invidia, quae aut iusta est aut ex criminatione atque fama, aut res si displicet, aut si est in aliquo motu suae cupiditatis aut metus multitudo. His quattuor causis totidem medicinae opponuntur tum obiurgatio, si est auctoritas; tum admonitio quasi lenior obiurgatio; tum promissio, si audierint, probaturos; tum deprecatio, quod est in-
340. fimum, sed non numquam utile. Nullo autem loco plus facetiae prosunt et celeritas et breve aliquod dictum nec sine dignitate et cum lepore. Nihil enim tam facile quam multitudo a tristitia et saepe ab acerbitate commode et breviter et acute et hilare dicto deducitur.

84. Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere causarum quae sequi solerem, quae fugere, quae spectare quaque omnino

---

339. *populares* (bei dem Volke, vgl. 80, 327: *servilis*) *lapsus* = *offensiones populi*; *acclamatio* hat auch ohne das Adj. *adversa* bei Cic. nur die Bedeutung eines höhnischen od. tadelnden Zurufs (Gegs. *plausus*).

turpiter: auf unsittliche Weise; *quoquo*, sonst bei Cic. in der Bedeutung von *quovis* nur verbunden mit *modo,* denn I. 15, 67: *quamcumque rem a quoquo cognoverit* ist wegen des vorhergehenden *quamcumque* auch an zweiter Stelle das Pron. indefin. gesetzt worden, ähnlich wie in den Demonstrativsätzen auf das erste Demonstr. gewöhnlich noch ein zweites folgt: *hic tantus* u. a.

aut ex criminatione cet., kurz für *aut iniusta*, *cum est ex criminatione* cet. Letzteres bedeutet hier dasselbe wie 79, 321 *falsa criminatio,* also: Verleumdung.

suae: ihm eigen od. bei ihm gewöhnlich.

promissio — *probaturos.* Vgl. z. 61, 248: *partitio id habere* cet. und p. Sest. 41, 89: *opinione id eum umquam esse facturum,* sowie oben 2, 7: *illa opinio, alterum* — *indoctum fuisse,* welches Beispiel jedoch wegen des hinzugefügten Pron. *illa* etwas verschieden ist. S. auch z. 89, 362: *quod* — *admirari solebam.*

probaturos. Im Acc. c. Inf. wird der Subjectsaccus. nicht selten weggelassen, wenn aus der Form des Inf. das Geschlecht und der Numerus des Subj. erkannt werden kann, d. h. bei dem Inf. Perf. Pass. und Fut. Act. Hier ist das Subject (man) aus *audierint* zu ergänzen.

340. *celeritas:* Schlagfertigkeit, wie 54, 220; *sine dignitate* — *cum lepore,* attributiv, da *dictum* als Subst. aufzufassen ist, wie aus *breve* hervorgeht.

deducitur, häufiger als das 72, 293 gebrauchte *abducere.*

84. *in utroque genere*: bisher ist das *genus iudiciale* und *deliberativum* besprochen worden.

in causis ratione versari. Nec illud tertium laudationum genus 341. est difficile, quod ego initio quasi a praeceptis nostris secreveram; sed et quia multa essent orationum genera et graviora et maioris copiae, de quibus nemo fere praeciperet, et quod nos laudationibus non ita multum uti soleremus, totum hunc segregabam locum. Ipsi enim Graeci magis legendi et delectationis aut hominis alicuius ornandi quam utilitatis huius forensis causa laudationes scriptitaverunt; quorum sunt libri, quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander aliique laudantur: nostrae laudationes, quibus in foro utimur, aut testimonii brevitatem habent nudam atque inornatam aut scribuntur ad funebrem contionem, quae ad orationis laudem minime accommodata est. Sed tamen, quoniam est utendum aliquando, non numquam etiam scribendum, velut Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit C. Laelius,

---

341. *laudationum*, erklärender Gen., wie III. 38, 155: *Tertius ille modus transferendi verbi.*

initio: 10, 43; *secreveram*, vgl. 81, 333: *cur secernamus ea praecepta.*

sed — quia: aber nur darum, weil —; *essent — soleremus*, die Conj. Impf., weil Antonius 11, 44 ff. diese Gründe, wenn auch nicht direct ausgesprochen, so doch gedacht hat.

ornandi: verherrlichen; *utilitatis huius forensis causa*, d. h. dass diese oder ähnliche Reden auf dem Forum gehalten werden sollten.

scriptitarunt. Damit wird hier ebenso wie 23, 97 nicht das wiederholte Schreiben, sondern die schriftstellerische Abfassung bezeichnet; *libri:* Schriften.

testimonii brevitatem. Dergleichen Zeugenaussagen sind im Grunde gar nicht als Lobreden zu bezeichnen.

scribuntur ad funebrem contionem. Vgl. 11, 44 und Brut. 16, 62: *Et hercules hae (laudationes) quidem exstant; ipsae enim familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant et ad usum, si quis eiusdem generis occidisset et ad memoriam laudum domesticarum et ad illustrandam nobilitatem suam. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior;* Polyb. VI. 53.

ad orationis laudem: zur Entfaltung der für eine Rede erforderlichen Vorzüge. Vgl. in Verr. I. 24, 63: *homines — maxime sedati et quieti, prope praeter ceteros ad summum Graecorum otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati.*

Q. Aelius Tubero, Enkel des L. Aemilius Paulus von dessen Tochter Aemilia, der Schwester des jüngeren Scipio Africanus, Schüler des Stoikers Panätius, welcher ihm seine Schrift *de dolore patiendo* widmete, befolgte die Vorschriften der stoischen Philosophie auch im praktischen Leben, war aber als Redner unbedeutend. Als ihm daher nach dem Tode seines Oheims Scipio die Pflicht zufiel, auch seinerseits auf diesen eine Leichenrede zu halten, wie es sein Vetter Q. Fabius Max. Allobr. gethan hatte, liess er sie sich von dem nächsten Freunde des Scipio, C. Lälius, anfertigen. Ueber seinen Charakter vgl. p. Mur. 36, 75:

vel ut nosmet ipsi ornandi causa Graecorum more, si quos velimus, laudare possimus, sit a nobis quoque tractatus hic
342. locus. Perspicuum est igitur alia esse in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, divitiae ceteraque, quae fortuna dat aut extrinsecus aut corpori, non habent in se veram laudem, quae deberi virtuti uni putatur; sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda in laudationibus etiam haec sunt naturae et fortunae bona, in quibus est summa laus: non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se praetulisse aliis propter abundantiam fortunae; ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac mo-
343. derationi facultatem et materiam dedisse. Virtus autem, quae est per se ipsa laudabilis et sine qua nihil laudari potest, tamen habet pluris partis, quarum alia est alia ad laudationem aptior. Sunt enim aliae virtutes, quae videntur in moribus hominum

---

Cum epulum Q. Maximus P. Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus (Q. Tubero) est a Maximo, ut triclinium sterneret, cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditissimus ac Stoicus, stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia: quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus et non divini hominis Africani mors honestaretur. — Huius in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam Tuberonis. Itaque homo integerrimus, civis optimus, cum esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his haedinis pelliculis praetura deiectus est.

laudanti, vom Conat, wie Cat. m. 4, 11: *restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti;* Lael. 20, 75: *nec — Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem — multis cum lacrimis iter suum impedientem audire voluisset.* Da das Part. Praes. auch dem Impf. angehört, so ist jene Bedeutung leicht erklärlich.

vel ut — laudare possimus, d. h. um eine Lobschrift abfassen zu können, nicht eine öffentlich zu haltende Lobrede.

342. *Genus*, *forma* cet. s. 11, 45 ff.; *moderatione:* massvolle Anwendung, wie III. 57, 217: *nullum est enim horum generum, quod non arte et moderatione tractetur.* Zum Inhalt vgl. Aristot. Rhet. I. 9: *Ἀρετὴ δ᾽ ἐστὶ μὲν δύναμις ὡς δοκεῖ ποριστικὴ ἀγαθῶν καὶ φυλακτική, καὶ δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ πάντων περὶ πάντα. Μέρη δὲ ἀρετῆς δικαιοσύνη, ἀνδρία, σωφροσύνη, μεγαλοπρέπεια, μεγαλοψυχία, ἐλευθεριότης, πραότης, φρόνησις, σοφία· ἀνάγκη δὲ μεγίστας εἶναι ἀρετὰς τὰς τοῖς ἄλλοις χρησιμωτάτας, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετική.*

non se praetulisse cet. fasst die beiden vorhergehenden Glieder zusammen, insofern die *potestas* ebenso wie die *pecunia* zu der *fortuna* gehört und die *opes* (Einfluss, Machtmittel) der *potestas*, die *copias* aber der *pecunia* entsprechen.

343. *alia est alia.* Während sonst verschiedene Formen desselben Wortes unmittelbar neben einander gestellt werden, müssen doch gleiche

et quadam comitate ac beneficentia positae; aliae, quae in ingenii aliqua facultate aut animi magnitudine ac robore. Nam clementia, iustitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus iucunda est auditu in laudationibus; omnes enim hae 344.
virtutes non tam ipsis, qui eas habent, quam generi hominum fructuosae putantur. Sapientia et magnitudo animi, qua omnes res humanae tenues ac pro nihilo putantur, et in excogitando vis quaedam ingenii et ipsa eloquentia admirationis habet non minus, iucunditatis minus: ipsos enim magis videtur, quos laudamus, quam illos, apud quos laudamus, ornare ac tueri. Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam haec genera virtutum. Ferunt enim aures hominum, cum illa, quae iucunda et grata, tum etiam illa, quae mirabilia sunt in virtute, laudari.
Et quoniam singularum virtutum sunt certa quaedam officia 85. 345.
ac munera et sua cuique virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude iustitiae, quid cum fide, quid cum aequabilitate, quid cum eius modi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit. Itemque in ceteris res gestae ad cuiusque virtutis genus et vim et nomen accommodabuntur. Gratissima autem 346.
laus eorum factorum habetur, quae suscepta videntur a viris fortibus sine emolumento ac praemio; quae vero etiam cum labore et periculo ipsorum, haec habent uberrimam copiam ad laudandum, quod et dici ornatissime possunt et audiri facillime. Ea enim denique virtus esse videtur praestantis viri, quae est fructuosa aliis, ipsi aut laboriosa aut periculosa aut certe gratuita. Magna etiam illa laus et admirabilis videri solet tulisse casus sapienter adversos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. Neque tamen illa non ornant, 347.
habiti honores, decreta virtutis praemia, res gestae iudiciis

---

Formen durch eingeschobene Wörter getrennt werden. Vgl. III. 14, 55: *sed tamen est specie alia magis alia formosa et illustris.*

positae: ihren Grund haben.

344. *iungenda*, neml. *superioribus virtutibus.*

85. 345. *munera:* Verrichtungen, Obliegenheiten; *sua — propria*, dieselbe Verbindung wie I. 10, 44; 13, 56: *sua esse haec omnia propria.* *aliquo officio*, s. z. 42, 178: *aliqua; accommodabuntur:* beurtheilt werden nach —.

346. *vero:* vollends; *denique:* erst, wie 34, 146 und 77, 315; *tulisse*, Subject zu *laus*, wie 84, 342: *extulisse.*

347. *virtutis praemia.* Zu dem Gen. vgl. III. 27, 104: *omnibus iis in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius*, wo ebenfalls mit einer geringen Aenderung des Sinnes der Dat. statt des Gen. stehen könnte.

hominum comprobatae; in quibus etiam felicitatem ipsam
deorum immortalium iudicio tribui laudationis est. Sumendae
autem res erunt aut magnitudine praestabiles aut novitate
primae aut genere ipso singulares. Neque enim parvae neque
usitatae neque volgares admiratione aut omnino laude dignae
348. videri solent. Est etiam cum ceteris praestantibus viris com-
paratio in laudatione praeclara. De quo genere libitum est
mihi paulo plura, quam ostenderam, dicere, non tam propter
usum forensem, qui est a me in omni hoc sermone tractatus,
quam ut hoc videretis, si laudationes essent in oratoris officio,
quod nemo negat, oratori virtutum omnium cognitionem, sine
349. qua laudatio effici non posset, esse necessariam. Iam vitu-
perandi praecepta contrariis ex vitiis sumenda esse perspicuum
est. Simul est illud ante oculos, nec bonum virum proprie
et copiose laudari sine virtutum nec improbum notari ac vitu-
perari sine vitiorum cognitione satis insignite atque aspere
posse. Atque his locis et laudandi et vituperandi saepe nobis
est utendum in omni genere causarum.

350. Habetis de inveniendis rebus disponendisque quid sentiam.
Adiungam etiam de memoria, ut labore Crassum levem neque
ei quicquam aliud, de quo disserat, relinquam nisi ea, quibus
86. haec exornentur. Perge vero, inquit Crassus. Libenter enim
te, cognitum iam artificem, aliquando evolutum illis integu-
mentis dissimulationis tuae nudatumque perspicio; et quod
mihi nihil aut quod non multum relinquis, percommode facis
351. estque mihi gratum. Iam istuc quantum tibi ego reliquerim,
inquit Antonius, erit in tua potestate. Si enim vere agere
volueris, omnia tibi relinquo; sin dissimulare, tu quem ad
modum his satis facias videris. Sed, ut ad rem redeam, non
sum tanto ego, inquit, ingenio, quanto Themistocles fuit, ut

---

349. *proprie*, in einer den Vorzügen genau entsprechenden Weise, also: angemessen; ebenso *insignite:* treffend.

86. 350. *Habetis*, vgl. 71, 291 u. 88, 361; *artificem:* Kenner der Theorie, s. z. 12, 50: *artificio; aliquando*, s. z. 24, 99; *perspicio*, stärker als *cognitum:* er durchschaut ihn erst jetzt völlig und in seiner wahren Gestalt, obgleich er ihn auch vorher schon als *artifex* kennen gelernt hatte. Zn *dissimulationis* vgl. 1, 4 und viele Stellen des 1. Buches, an welchen er von einer Theorie der Beredsamkeit überhaupt wenig wissen will.

351. *vere agere:* ehrlich verfahren, d. i. vollständig sein, im Gegs. zu *dissimulare*: hinter dem Berge halten, d. h. vorenthalten, was zur Sache gehört.

relinquo, kurz für: *(omnia tibi) relicta atque explicanda esse intelleges*; *videris* ist Conj. Perf.

Themistocles, vgl. 74, 299. — *Simonidi illi Ceo.* Ueber diesen be-

oblivionis artem quam memoriae malim; gratiamque habeo Simonidi illi Ceo, quem primum ferunt artem memoriae protulisse. Dicunt enim, cum cenaret Crannone in Thessalia 352.
Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poëtarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret: 353.
iuvenis stare ad ianuam duo quosdam, qui eum magno opere evocarent; surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea ruina ipsum cum cognatis oppressum suis interisse. Quos cum humare vellent sui neque possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminisset quo eorum

---

rühmten lyrischen Dichter, geb. 559 zu Julis auf Ceos, gest. 469 zu Syrakus, Freund des Hipparch und später des Tyrannen Hiero v. Syrakus, welcher die Mnemonik erfunden haben soll (Cic. selbst lässt es noch 87, 357 ungewiss), vgl. ausser den zu 74, 299 angeführten Stellen noch Tusc. disp. I. 24, 59: *Non quaero quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is, qui a Pyrrho legatus ad senatum est missus, Cineas, quanta nuper Charmadas, quanta qui modo fuit, Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius; de communi hominum memoria loquor.*

352. *Crannon*: zwei Meilen südlich von Larisa gelegen.

apud Scopam. Wie unsicher die Tradition ist, hebt Quint. XI. 2, 14 hervor: *Est autem magna inter auctores dissensio, Glaucone Carystio an Leocrati an Agatharcho an Scopae scriptum sit id carmen, et Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur atque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorion et Larisaeus Eurypylus tradiderunt, an Crannone, ut Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum perisse in eo convivio constat, adicitur sororis eius filius, putant et ortos plerosque ab alio Scopa, qui maior aetate fuerit.*

eius ei. Durch die Trajectio von *ei* ist eine ähnliche Parataxe der Pron. gewonnen worden, wie oben 21, 88: *hunc ego* und I. 17, 76: *Quas ego si quis sit unus complexus omnis, — non possum dicere* cet. Uebrigens pflegt bei der Verbindung von *eius* mit einem anderen Casus desselben Wortes der Gen. voranzustehen, wie z. B. auch Tusc. disp. I. 11, 24: *Evolve diligenter eius eum librum, qui est de animo.*

353. *surrexisse, prodisse, vidisse.* Durch die Kürze des Ausdrucks und das Asyndeton wird das Auffallende und Unerwartete des Ereignisses bezeichnet.

sui, 48, 199: die Verwandten jedes Einzelnen, während es III. 2, 8 die Angehörigen im weiteren Sinne bezeichnet; *quo eorum*, s. z. § 352: *eius ei; lumen*: Klarheit, Sicherheit.

loco quisque cubuisset, demonstrator unius cuiusque sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus invenisse fertur ordinem esse
354. maxime, qui memoriae lumen adferret. Itaque iis, qui hanc partem ingenii exercerent, locos esse capiendos et ea, quae memoria tenere vellent, effingenda animo atque in iis locis collocanda; sic fore, ut ordinem rerum locorum ordo conservaret, res autem ipsas rerum effigies notaret atque ut locis
87. 355. pro cera, simulacris pro litteris uteremur. Qui sit autem oratori memoriae fructus, quanta utilitas, quanta vis, quid me attinet dicere? Tenere, quae didiceris in accipienda causa, quae ipse cogitaris? omnis fixas esse in animo sententias? omnem descriptum verborum apparatum? ita audire vel eum, unde discas, vel eum, cui respondendum sit, ut illi non infundere in auris tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque soli qui memoria vigent sciunt quid et quatenus et quo modo dicturi sint, quid responderint, quid supersit; iidemque multa ex aliis causis aliquando a se acta, multa ab
356. aliis audita meminerunt. Qua re confiteor equidem huius boni naturam esse principem — sicut earum rerum, de quibus

---

354. *effingenda*: in Bilder fassen; *notaret*, nicht wie 8, 32 und 87, 357, sondern wie 58, 236: *notant et designant.*

locis pro cera cet. Vgl. ad Her. III. 17, 30: *Quem ad modum igitur qui litteras sciunt, possunt id, quod dictatum est, scribere et recitare, quod scripserunt, item qui mnemonica didicerunt, possunt quod audierunt in locis collocare et ex his memoriter pronuntiare. Loci cerae aut chartae simillimi sunt, imagines litteris, dispositio et collocatio imaginum scripturae, pronuntiatio lectioni;* Part. or. 7, 26: *(memoria) est gemina litteraturae quodam modo et in dissimili genere persimilis; nam ut illa constat ex notis litterarum et ex eo, in quo imprimuntur illae notae, sic confectio memoriae tamquam cera locis utitur et in his imagines ut litteras collocat.*

87. 355. *quid me attinet dicere?* Die directe Frage in der Clausula entspricht einem deutschen Behauptungssatz von entgegengesetzter Qualität.

in accipienda causa, vgl. 27, 114; *cogitaris*, vgl. I. 5, 18: *Quid dicam de thesauro rerum omnium, memoria? quae nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intellegimus omnia, etiam si praeclarissima fuerint in oratore, peritura.*

descriptum, wie I. 43, 193: *totam hanc (civilem scientiam), descriptis omnibus civitatis utilitatibus et partibus, XII tabulis contineri videbit.*

unde discas, d. h. von dem Clienten, welcher den Rechtsfall auseinandersetzt; vgl. 24, 102.

quid responderint, neml. bisher den Gegnern.

ex aliis causis, attributiv mit *multa* verbunden; deutlicher würde *in aliis causis* sein, was aber eine nähere Bestimmung von *acta* wäre.

356. *principem* = *auctorem:* Urheberin oder Quelle dieses Vorzuges.

ante locutus sum, omnium; sed haec ars tota dicendi, sive artis imago quaedam et similitudo est, habet hanc vim, non ut totum aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et procreet, verum ut ea, quae sunt orta iam in nobis et procreata, educet atque confirmet —, verum tamen neque tam 357.
commoveri actio, wie I. 20, 90: *eloquendi celeritatem incitaret;* ebds. 33, 149; 51, 220: *motus miscere et agitare*, nach der Neigung Cicero's, Verba mit Objecten synonymer Bedeutung zu verbinden: *figura etymologica*,

consumpta et exhausta, wie § 101: *exstare atque eminere* ein ἓν διὰ δυοῖν, durch ein Verbum mit Adverbium wiederzugeben; ebenso 30, 120: *conferunt et convertunt;* 40, 161: *cernere et videre* u. ä.

modos, neml. zu den *cantica* oder den unter Flötenbegleitung vorgetragenen Monologen.

utrisque: den Dichtern und Componisten. Das erste Gliederpaar *submittitur, augetur* geht mehr auf die Herabstimmung und Steigerung des Gedankenausdrucks, das zweite: *extenuatur inflatur* auf den leiseren und stärkeren Ton (*decrescendo* u. *crescendo*, s. 57, 216), während *variatur distinguitur* sich auf die Kunst des Dichters und Componisten in gleicher Weise beziehen.

103. *Ita*, s. z. 10, 38: *ita — ut*.

solidam: gediegen, mit reellem Inhalt, im Gegensatz zu *decoctam*: fade oder wässerig. Ähnlich wird *solida res* einer *adumbrata* entgegengesetzt Tusc. disp. III. 2, 3: *Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata.* Vgl. auch die zu 31, 80 citirte Stelle de off. III. 17, 69.

quivis vel vitiosissimus statt der herkömmlichen Lesart: *quamvis vitiosissimus*, die dem Sprachgebrauch Cicero's widerspricht, welcher *quamvis* nur mit dem Positiv verbindet. Vgl. I. 26, 118: *neque enim — si haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, iccirco nos hoc, quod quaerimus, omittemus.*

explicare beweist, wenn die Lesart richtig ist, ein Versehen Cicero's, da dies Verbum nur von dem Rhetor ausgesagt werden kann, während es von dem Redner *tenere* oder *persequi* heissen müsste.

silva rerum, s. z. 24, 93. Die Vorschrift in Betreff der Stoffauffindung

dixit Antonius; haec formanda filo ipso et genere orationis, illuminanda verbis, varianda sententiis.

Summa autem laus eloquentiae est amplificare rem ornando, 104.
quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius
dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiciendum. Id de- 27.
sideratur omnibus iis in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cum explanamus aliquid vel
cum conciliamus animos vel cum concitamus; sed in hoc, quod 105.

---

ist, weil sie dem Crassus besonders wichtig und ohne sie ein Schmuck der Rede unmöglich ist, hier noch einmal wiederholt und der folgenden coordinirt.

formanda, s. z. 9, 36: *conformaret*, und vgl. 52, 201: *formantur*.

filo: die Ausführung, Behandlungsweise, wie II. 22, 94: *erant paulo uberiore filo*; or. 36, 124: *argumentandi tenue filum*. Zu *genere* vgl. oben 25, 96.

inluminanda, vgl. 14, 53: *inluminate*.

104. *amplificare*. Die von den gewöhnlichen Rhetoren nur in dem Kapitel der *peroratio* behandelte 'Erweiterung' wird hier wie auch sonst von Cic. unter den Punkten erörtert, welche während der Rede im Allgemeinen zu beobachten und in Anwendung zu bringen sind. Vgl. I. 31, 143: *etiam illa cognoram et acceperam* —, *extrema autem oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda*; II. 77, 311 ff.; or. 36, 127: *Augendis vero rebus et contra abiciendis nihil est quod non perficere possit oratio; quod et inter media argumenta faciendum est, quotienscumque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, et paene infinite in perorando*; de part. or. 8, 27: *amplificatio quamquam habet proprium locum, saepe etiam primum, postremum quidem fere semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est maximeque, cum aliquid aut confirmatum est aut reprehensum; itaque ad fidem quoque vel plurimum valet; est enim amplificatio vehemens quaedam argumentatio, ut illa (confirmatio) docendi causa sit, haec commovendi*; ebds. 15, 53.

ornando = *ornantem*: während, d. h. behufs der Verschönerung; vgl. II. 22, 90: *accedat exercitatio, qua illum, quem delegerit, imitando effingat atque exprimat*.

augendum: verherrlichen; *abiciendum*, nicht wie § 102, sondern Synonymum von *extenuandum*: abzuschwächen.

27. *eis in locis, quos — dixit Antonius*, neml. II. 28, 121: *non recusabo quo minus perpoliam — quibus ex locis* (Fundstätten der Beweise) *ad eas tris res, quae ad fidem faciendam solae valent, ducatur oratio, ut et concilientur animi et doceantur et moveantur*; ebds. 29, 128; 34, 146; 39, 163—40, 173. Vgl. auch Top. 2, 7: *cum pervestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus; sic enim appellatae ab Aristotele sunt eae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur. Itaque licet definire locum esse argumenti sedem, argumentum autem rationem, quae rei dubiae faciat fidem.*

ad fidem orationis (nicht *orationi*) *faciendam*, wie Acad. II. 7, 19: *multa facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii.*

postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque una laus oratoris est propria maxime. Etiam maior est illa exercitatio, quam extremo sermone instruxit Antonius, primo reiciebat, laudandi et vituperandi; nihil est enim ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius, quam utrumque horum cumulatissime
106. facere posse. Consequentur etiam illi loci, qui quamquam proprii causarum et inhaerentes in earum nervis esse debent, tamen

---

105. *potest plurimum*, wie II. 20, 86: *qui aliquid potest;* I. 20, 89; III. 20, 75.

eaque una laus (neml. *concitandi animos*) — *est propria maxime*, vgl. Brut. 93, 322: *nemo (erat), qui animum eius, quod unum est oratoris maxime proprium, quocumque res postularet, (posset) impellere;* ebds. 80, 276: *duo summe tenuit, ut et rem inlustraret disserendo et animos eorum, qui audirent, devinciret voluptate, aberat tertia illa laus, qua permoveret atque incitaret animos, quam plurimum pollere diximus.*

Adhibenda etiam est cet.: als ein besonders geeignetes Mittel zur Vervollkommnung in der *amplificatio*. Demselben Zwecke dienen auch die *loci communes* § 106, wo durch das Fut. *consequentur* die Forderung ihrer Anwendung ausgedrückt ist. Über den Nutzen der Übung in der *laudatio* für den künftigen Redner vgl. Quint. II. 4, 20: *Inde paulatim ad maiora intendere incipiet, laudare claros viros et vituperare improbos, quod non simplicis utilitatis opus est. Namque et ingenium exercetur multiplici variaque materia et animus contemplatione recti pravique formatur et multa inde cognitio rerum venit et exemplis, quae sunt in omni genere causarum potentissima, iam tum instruitur, cum res poscet usurus.*

instruxit, neml. *artis praeceptis:* II. 84, 342—85, 349; *reiciebat:* II. 10, 43 ff., wenigstens hat er dort erklärt, dass besondere Vorschriften für die *laudationes* nicht nöthig seien.

laudandi et vituperandi, s. z. 10, 38: *puri sermonis*, und vgl. II. 27, 118: *genus illud earum rerum;* ebds. 29, 128; 49, 200; 84, 341.

106. *loci — communes*, d. i. glanzvolle Stellen von allgemeinerem Inhalt, über welche vgl. de inv. II. 15, 48: *Haec ego argumenta, quae transferri in multas causas possunt, locos communis nominamus. Nam locus communis aut certae rei quandam continet amplificationem, ut si qui hoc velit ostendere, eum, qui parentem necarit, maximo supplicio esse dignum (quo loco nisi perorata et probata causa non est utendum), aut dubiae, quae ex contrario quoque habeat probabilis rationes argumentandi, ut suspitionibus credi non oportere et contra suspitionibus credi oportere. Ac pars locorum communium per indignationem* (hier *incusationem*) *aut per conquestionem* (hier *querelam*) *inducitur, pars per aliquam probabilem utraque ex parte rationem. Distinguitur autem oratio atque inlustratur maxime raro inducendis locis communibus et aliquo loco iam certioribus illis argumentis confirmato. — Omnia autem ornamenta elocutionis, in quibus et suavitatis et gravitatis plurimum consistit, in communis locos conferuntur.* — Or. 36, 126: *αὔξησις — etsi aequabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet, qui communes sunt appellati eo, quod videntur multarum eidem esse causarum, sed proprii singularum esse debebunt.*

inhaerentes: liegend, begründet; *nervis* bezeichnet hier das innerste

quia de universa re tractari solent, communes a veteribus nominati sunt; quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, contra quam dici nihil solet nec potest, ut in depeculatorem, in proditorem, in parricidam; quibus uti confirmatis criminibus oportet, aliter enim ieiuni sunt atque inanes; alii autem habent depreca- 107.
tionem aut miserationem; alii vero ancipitis disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. Quae exercitatio nunc propria duarum philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur, apud antiquos erat eorum, a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur; de virtute enim,

---

Wesen, so wie II. 78, 318: *ex ipsis visceribus causae*, nicht, wie sonst gewöhnlich, die Kraft.

de universa re tractari: bei Besprechung eines allgemeinen Gegenstandes zur Anwendung kommen. Ähnlich 57, 217: *tractetur;* II. 58, 237: *quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est;* ebds. 59, 240: *duo sunt genera facetiarum, quorum alterum re tractatur, alterum dicto.*

partim mit dem Gen., wie I. 31, 141; II. 22, 94; 76, 308, u. o. Ihm entspricht unten nicht wieder *partim*, sondern *alii* — *alii.*

habent: enthalten, d. h. dienen zu —.

cum amplificatione, attributiv, wie 19, 72: *usque ad Socratem.*

aliter wird häufiger von Cic. durch einen ganzen Satz, wie *quod nisi ita est* oder *fit*, ersetzt.

107. *alii vero* cet. leitet den zweiten Hauptheil der *loci communes* ein, während das vorhergehende *alii autem* cet. nur eine (seltenere) Unterart des ersten (der *certae rei amplificatio*) bezeichnet, und zwar die *loci* über allgemeine ethische Begriffe und deren Gegensätze, welche sich an die Kategorie der *dubiae rei amplificatio* (s. oben de inv. II. 15, 48) anschliessen.

de universo genere: über einen allgemeinen Fall oder eine allgemeine Frage; *in utramque partem:* für und wider.

Quae exercitatio, nemlich *in utramque partem copiose disserendi.*

philosophiarum: philosophischer Schulen.

de quibus ante dixi: 18, 67 ff. und 21, 80. Auch I. 62, 263 sagt Crassus: *cuius quidem ipsius facultatis* (sc. *refellendi*) *exercitatio oratorum propria est, sed iam in philosophorum consuetudine versatur maximeque eorum, qui de omni re proposita in utramque partem solent copiosissime dicere.*

de virtute enim cet. Der Sinn ist: Und mit Recht wurde alle Kunst und Fülle der Rede von ihnen entlehnt; denn alle, welche sich dem Staatsdienst widmen und mit öffentlichen Angelegenheiten beschäftigen, müssen ebenso, wie jene Philosophen, die theoretische Fähigkeit und ausserdem auch noch die rednerische Kraft besitzen, um die genannten Gegenstände nebst ihrem Gegensatz erörtern zu können. Aber statt diesen Gedanken so allgemein auszudrücken, prädicirt er die genannte Pflicht nur von sich und den Anwesenden als den Repräsentanten der ganzen

de officio, de aequo et bono, de dignitate, utilitate, honore, ignominia, praemio, poena similibusque de rebus in utramque partem
108. dicendi nos et vim et artem habere debemus. Sed quoniam de nostra possessione depulsi in parvo et eo litigioso praediolo relicti sumus et aliorum patroni nostra tenere tuerique non potuimus, ab iis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis mutuemur.

28. 109. Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur, omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut definitae controversiae certis

---

Gattung. Dem *etiam nos* entspricht im Folgenden *de nostra possessione*: dem uns zukommenden Bereich der allgemeinen philosophischen, bes. der ethischen Erörterungen.

108. *in — praediolo:* auf dem beschränkten Gebiet der auf bestimmte Fälle bezüglichen Processe, welches sie uns dazu (s. 28, 110) auch noch streitig machen. Vgl. oben 19, 70 und I. 11, 46: *Multi erant praeterea clari in philosophia et nobiles, a quibus — (oratorem) in iudicia et contiunculas tamquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam.*

mutuemur, vgl. 19, 72.

28. 109. *nunc quidem:* anders als früher, als die besprochene Scheidung noch nicht eingetroffen war.

ex particula parva: selbst aus dem Namen schon erhellt der geringe Umfang und Werth der von den Philosophen behandelten Disciplin.

ac loci ist als eine berichtigende Bezeichnung zu *urbis* hinzugefügt, da sowohl das Lyceum als auch die Akademie ausserhalb der Stadt lagen, jenes in grösserer Nähe östlich, diese 6 Stadien entfernt im Norden von Athen, so dass diese beiden Gymnasien genauer nur als Theile des ganzen Raumes bezeichnet werden konnten.

politici, weil sie alle Zweige des Staatslebens in den Kreis ihrer Erörterungen zogen. Vgl. Aristot. poet. 6, 16: *οἱ μὲν ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν λέγοντας, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς.*

civilem orationem, d. h. über Angelegenheiten des öffentlichen Lebens, eine Bestimmung, welche seit Hermagoras auch oft in die Definition der Beredsamkeit aufgenommen wurde, vgl. ad Her. I. 2, 2: *oratoris officium est, de eis rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt, cum adsensione auditorum, quoad eius fieri poterit;* de inv. I, 5, 6: *Qua re hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam civilis scientiae partem esse dicamus;* unten 31, 123: *hanc civilem scientiam.* Crassus will allerdings das Wesen der Beredsamkeit noch weiter gefasst und auf alle wissenschaftlichen Materien ausgedehnt wissen.

versari: zum Gegenstande haben.

definitae contr. (von *alterutro genere* abhängig), vgl. I. 31, 137 ff: *non negabo me ista omnium communia et contrita praecepta didicisse — esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione sine designatione persona-*

temporibus ac reis; hoc modo: Placeatne a Karthaginiensibus captivos nostros redditis suis recuperari? aut infinite de universo genere quaerentis: Quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit? Atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant eamque tribus, lite aut deliberatione aut laudatione, definiunt: haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita consultatio nominatur. Atque [hactenus loquuntur] 110.
rhetores etiam hac in instituendo divisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, vi denique recuperare amissam possessionem, sed ut [ex iure civili] surculo defringendo usurpare videantur.

---

rum et temporum aut de re certis in personis ac temporibus locata; II. 31, 133: *constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis atque temporibus de universo genere quaeratur, alterum, quod personis certis et temporibus definiatur; ignari omnis controversias ad universi generis vim et naturam referri;* II. 10, 41; 19, 78; 27, 118.

reis: Parteien, Betheiligte; vgl. II. 19, 78: *Causam appellant rem positam in disceptatione reorum et controversia;* ebds. 43, 183: *reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnis, quorum de re disceptatur; sic enim olim loquebantur.*

quaerentis, s. z. 3, 13: *sententia sapiens.*

tribus: nach den 3 Arten des *genus iudiciale, deliberativum* und *demonstrativum.* Zu dem substantivischen Gebrauch des Neutr. eines Adj. oder Pron. im Gen. oder Abl. vgl. I. 44, 194: *ab alienis mentis, oculos, manus abstinere,* wo indess das vorhergehende *nostra tueri* diese Construction nahe legte; III. 21, 79: *quod in quoque verisimile est,* und oben zu 9, 36: *cuius.*

proposita, mit Rücksicht auf θέσις, den griech. Ausdr. für die allgemeinen und gleichsam als Aufgaben zur Erörterung gestellten Fragen, gesetzt, gehört zu dem Subj. *quaestio:* diese zweite aber, neml. die *quaestio inf. e. q. p.,* wird Untersuchungsfrage genannt. Die erste Kategorie wird von den ὑποθέσεις gebildet.

110. *rhetores etiam,* im Gegs. zu *philosophi.*

non ut — sed ut, s. z. 13, 50: *nihil ut.*

iure: durch eine Rechtsverhandlung vor dem Prätor, *iudicio:* durch ein Prozessverfahren vor den Richtern. Vor dem Prätor (*in iure,* vgl. I. 11, 48: *in iure et in iudiciis;* 38, 173: *haerere in iure ac praetorum tribunalibus*) erfolgte die Instruction, vor Gericht die Entscheidung des Prozesses. Durch *vi* wird die gewaltthätige Besitzergreifung des beanspruchten Guts im Gegensatz zu der auf dem Wege des Gerichtsverfahrens erfolgten bezeichnet.

surculo defringendo. Der Ausdr. ist daher entlehnt, dass in dem solennen Rechtsverfahren vor das Tribunal des Prätors ein Stück von dem streitigen Gegenstande, also von einem Felde eine Scholle, von einem Hause ein Ziegelstein, von einem Walde ein Reis als Symbol des Ganzen gebracht wurde. Gell. XX. 10. Crassus meint hier, dass die Rhetoren von dem ihnen zustehenden *genus infinitum* nur durch ein Zeichen, durch die blosse Erwähnung, Besitz ergreifen, ohne sich jedoch in den

Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum lacinia — nunc enim apud Philonem, quem in Academia maxime vigere audio, etiam harum iam causarum cognitio exercitatioque celebratur — alterum vero tantummodo in prima arte tradenda nominant et oratoris esse dicunt; sed neque vim neque naturam eius nec partes nec genera proponunt, ut praeteriri omnino fuerit satius quam attemptatum deseri; nunc enim inopia reticere intelleguntur, tum iudicio viderentur.

29. 111. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quaeri et disceptari potest, sive in infinitis consultationibus disceptatur sive in iis causis, quae in civitate et forensi disceptatione versantur; neque est ulla, quae non aut ad cognoscendi aut

---

wirklichen Genuss jenes Gutes zu setzen, d. h. ohne dasselbe weiter auszuführen und in seiner Anwendung genauer nachzuweisen. Dem entsprechen auch die Ausdrücke *recuperare* und *usurpare*, von denen jener die factische, dieser die nominelle Besitzergreifung bezeichnet.

lacinia, d. h. mit genauer Noth, insofern dieser Theil auch schon von den Philosophen behandelt wird.

Philo aus Larissa, Nachfolger des Clitomachus in der Leitung der Akademie, floh während der Belagerung Athens durch Sulla (88 v. Chr.) nach Rom, wo Cicero ihn hörte und nach Brut. 89, 306 sich ihm ganz hingab. Über seinen Unterricht in der Beredsamkeit vgl. Tusc. disp. II. 3, 9: *Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum.*

maxime vigere (verschieden von *florere*): eine hervorragende Wirksamkeit entfalten.

celebratur = *frequenter tractatur*, durch ein Zeugma auch auf *cognitio* zu beziehen.

in prima arte, d. h. am Anfange der Theorie.

partis, Arten, wie I. 42, 189; *genera:* Gattungen; *iudicio*, wie 16, 59.

29. 111. *igitur.* Cicero will an dieser Stelle den Mangel der gewöhnlichen Rhetoriken hinsichtlich des *genus infinitum* ergänzen.

eandem nat. habent ambig., d. h. bei allen Dingen ist im Wesentlichen dieselbe Streitfrage möglich. Zu *habent*, zulassen, vgl. oben 27, 106 und Tusc. disp. V. 13, 38: *habent aliquam comparationem.*

forensi disceptatione ohne *in*, weil dies nur eine weitere Ausführung des vorhergehenden Begriffs *in civitate* ist.

quae non — referatur: welche nicht zu ihrem Endzweck das Erkennen oder Handeln hätte; *vim rationemque* dienen nur zur Substantivirung des Verbalbegriffs, wie 19, 72: *dicendi ratio.* Zum Inhalt vgl. part. or. 18, 62: *Quam ob rem prius de proposito dicamus, cuius genera duo sunt, cognitionis alterum: eius scientia est finis, ut, verine sint sensus; alterum actionis, quod refertur ad efficiendum quid, ut, si quaeratur, quibus officiis amicitia quaerenda sit;* Top. 21, 81 ff: *Quaestionum autem quacumque de re sunt, duo genera sunt: unum cognitionis, alterum actionis. Cognitionis sunt hae, quarum finis est scientia: ut, si quaeratur, a naturane ius*

ad agendi vim rationemque referatur. Nam aut ipsa cognitio rei 112.
scientiaque perquiritur, ut: virtus suamne propter dignitatem an
propter fructum aliquem expetatur; aut agendi consilium exquiritur, ut: sitne sapienti capessenda res publica. Cognitionis autem 113.
tres modi, coniectura, definitio et, ut ita dicam, consecutio. Nam
quid in re sit coniectura quaeritur, ut illud: sitne in humano genere sapientia; quam autem vim quaeque res habeat definitio explicat, ut, si quaeratur, quid sit sapientia; consecutio autem tractatur, cum quid quamque rem sequatur anquiritur, ut illud:
sitne aliquando mentiri boni viri. Redeunt rursus ad coniecturam 114.
eamque in quattuor genera dispertiunt. Nam aut quid sit quaeritur, hoc modo: naturane sit ius inter homines an in opinionibus; aut, quae sit origo cuiusque rei, ut: quod sit initium legum aut rerum publicarum; aut causa et ratio, ut si quaeratur: cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant; aut de immutatione, ut, si disputetur, num interire virtus in homine aut num
in vitium possit convertere. Definitionis autem sunt disceptatio- 115.
nes aut, cum quaeritur, quid in communi mente quasi impressum

---

profectum sit an ab aliqua quasi condicione hominum et pactione. Actionis autem huius modi exempla sunt: sitne sapientis ad rem publicam accedere.

112. *sitne* cet., vgl. 17, 64: *negant versari in re publ. esse sapientis.*

113. *et — consecutio:* eine Abweichung von der gewöhnlich beobachteten Regel hinsichtlich des Asyndeton und Polysyndeton; *ut ita dicam* ist entschuldigend hinzugefügt, weil *consecutio* in der Bedeutung 'Folgerung' noch nicht gebräuchlich war.

Nam quid in re sit. Hier ist *sit* zu betonen, da die Muthmassung den Thatbestand oder die Realität ermitteln soll. Kürzer (und deutlicher) ist die Definition Top. 21, 82: *Cognitionis quaestiones tripertitae sunt: aut sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur.*

114. *quid sit:* der Inhalt. Die Erläuterung dieser ersten Unterart, neml. der Art und Weise des Seins, wird nicht durch eine Definition, sondern durch ein Beispiel bewirkt. Ausführlicher heisst es über diesen Punkt Top. 21, 82: *sit necne sit: ecquidnam sit honestum, ecquid aequum re vera an haec tantum in opinione sint.* Die Kategorie des Ursprungs wird ebds. so bezeichnet: *unde autem sit ortum: ut cum quaeritur natura an doctrina possit effici virtus;* die Kategorie der bewirkenden Ursache: *causa autem efficiens sic quaeritur, quibus rebus eloquentia efficiatur;* die der Veränderung in das Gegentheil oder des Untergangs: *de commutatione sic: possitne eloquentia commutatione aliqua converti in infantiam.* Für *converti* steht an unserer Stelle das Act. *convertere* in medialer Bedeutung, wie es sich auch sonst schon bei Cic. bisweilen findet, z. B. Brut. 38, 141; de fat. 7, 14; 9, 17 und 20.

115. *in communi mente impr.*, ähnlich wie I. 21, 94: *ex communi quadam opinione hominum.* Gemeint ist die von der allgemeinen Vorstellung (*notio*) entlehnte Begriffsbestimmung, während die *proprietas* als der Inbegriff der wesentlichen Merkmale durch Unterscheidung gefunden

sit, ut si disseratur: idne sit ius, quod maximae parti sit utile; aut, cum quid cuiusque sit proprium exquiritur, ut: ornate dicere propriumne sit oratoris an id etiam aliquis praeterea possit, aut, cum res distribuitur in partis, ut, si quaeratur: quot sint genera rerum expetendarum, ut: sintne tria, corporis, animi externarumque rerum, aut, cum, quae forma et quasi naturalis nota cuiusque sit, describitur, ut si quaeratur avari species, seditiosi,
116. gloriosi. Consecutionis autem duo prima quaestionum genera ponuntur. Nam aut simplex est disceptatio, ut si disseratur, expetendane sit gloria, aut ex comparatione: laus an divitiae magis expetendae sint. Simplicium autem sunt tres modi: de expetendis fugiendisve rebus, ut: expetendine honores sint, num fugienda paupertas; de aequo aut iniquo, ut: aequumne sit ulcisci iniurias etiam propinquorum; de honesto aut turpi, ut hoc: sitne
117. honestum gloriae causa mortem obire. Comparationis autem duo sunt modi: unus, cum idemne sit an aliquid intersit quaeritur, ut metuere et vereri, ut rex et tyrannus, ut adsentator et amicus; alter, cum quid praestet aliud alii quaeritur, ut illud: optimine cuiusque sapientes an populari laude ducantur. Atque eae qui-

---

wird. Vgl. Top. 22, 83: *Cum autem quid sit quaeritur, notio explicanda est et proprietas et divisio et partitio; haec enim sunt definitioni attributa; additur etiam descriptio, quam χαρακτῆρα Graeci vocant. Notio sic quaeritur: sitne id aequum, quod ei, qui plus potest, utile est; proprietas sic: in hominemne solum cadat an etiam in beluas aegritudo; divisio et eodem pacto partitio: triane genera bonorum sint; descriptio, qualis sit avarus, qualis sit adsentator, ceteraque eiusdem generis, in quibus natura et vita describitur.*

maximae parti sit, d. h. als *utile* erscheine.

corporis, animi externarumque rerum, wie die Peripatetiker annahmen (sie stellten aber die Güter des Geistes immer den übrigen voran), während die Stoiker nur ein Gut des Geistes annahmen (die *sapientia*).

gloriosi: des Ruhmredigen, wie I. 43, 193: *praepotens ista et gloriosa philosophia.*

116. *Consecutionis.* Für diesen Ausdruck steht Top. 21, 82: *iuris et iniuriae distinctio*, wodurch die Frage nach dem *quale* insofern entschieden wird, als man durch diese *distinctio* bestimmt, was einer Sache ihrem Wesen nach gebührt oder zugeschrieben werden darf. Im Übrigen stimmt die Darstellung in der Top. mit der hier gegebenen überein. Die zweite Parallelstelle über diese ganze Eintheilung der *quaestio infinita* steht part. or. c. 18 ff., ist aber in mehreren Punkten abgekürzt.

duo prima genera: zwei Hauptklassen, wie II. 10, 41: *duo prima genera quaestionum esse —, unum infinitum, alterum certum;* Top. 5, 26: *definitionum autem duo sunt genera prima.* In dieser Bedeutung wird namentlich oft *primus homo* = *primarius* gebraucht.

117. *quid praestet*, wie I. 28, 126: *Illud tibi adsentior;* ebds. 129: *in quo aliquid offenderis*, u. ö.

dem disceptationes, quae ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis hominibus describuntur. Quae vero referuntur ad **30.** 118.
agendum aut in officii disceptatione versantur, quo in genere, quid rectum faciendumque sit quaeritur, cui loco omnis virtutum et vitiorum est silva subiecta, aut in animorum aliqua permotione aut gignenda aut sedanda tollendave tractantur. Huic generi subiectae sunt cohortationes, obiurgationes, consolationes, miserationes omnisque ad omnem animi motum et impulsio et, si ita res feret, mitigatio. Explicatis igitur his generibus ac modis 119.
disceptationum omnium nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra partitio: eadem sunt membra in utriusque disputatione, sed paulo secus a me atque ab illo partita ac distributa. Nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque revocabo. Nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quaeque genera quaestionum argumenta sumenda; sed aliis generibus alii loci magis erunt apti; de quo non tam quia longum est quam quia perspicuum est, dici nihil est necesse.

Ornatissimae sunt igitur orationes eae, quae latissime vagan- 120.
tur et a privata [et a singulari] controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt et convertunt, ut ei, qui audiant, natura et genere et universa re cognita de singulis reis et criminibus et litibus statuere possint. Hanc ad consuetudinem exerci- 121.
tationis vos, adulescentes, est cohortatus Antonius atque a minu-

---

30. 118. *silva*, vgl. z. 24, 93; *subiecta*, wie noch einmal in dems. Paragraph, s. zu 14, 54.

tractantur, s. z. 27, 106.

mitigatio, sc. *eius* oder *motus*. Diese Kürze des Ausdrucks findet sich auch sonst bei einem Wechsel der Rection, wie z. B. p. Cael. 31, 76: *adulescentes refrenandi potius a gloria quam incitandi* (sc. *ad eam*) *fuerunt;* de or. II. 6, 25: *id me non modo non adhortatur ad disputandum, sed etiam deterret.*

119. *ab Antonii divisione*, namentlich II. 39, 163 ff.

munus wird in diesem Sinne häufiger mit *officium* st. mit *pensum* verbunden; so I. 61, 262; II. 85, 345 u. ö.

locis, s. z. 27, 104.

120. *Ornatissimae* cet. Crassus knüpft wieder an 27, 106 ff. an.

se — conferunt et convertunt: sich angelegentlich wenden zu —. Vgl. z. 26, 102: *consumpta et exhausta.*

universa re: die Sache im Allgemeinen, ein anderer Ausdruck für *genere.*

reis, s. z. 28, 109.

statuere, absolut, wie öfters *iudicare:* sich ein Urtheil bilden.

121. *est cohortatus Antonius*, besonders II. 31, 133 ff. Vgl. ebds.

tis angustisque concertationibus ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit. Qua re non est paucorum libellorum hoc munus, ut ii, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrantur, neque Tusculani atque huius ambulationis antemeridianae aut nostrae posmeridianae sessionis; non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate,
31. 122. copia, varietate. Nostra est enim — si modo nos oratores, si in civium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et principes sumus —, nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt atque etiam aut inridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates, cavillantur aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis eosque rhetoricos inscribunt, quasi non

---

§ 135: *omnia necessario a tempore atque homine ad communis rerum et generum summas revolventur.*

omnem vim varietatemque: das ganze verschiedenartige Gebiet; vgl. I. 3, 10: *illarum artium paene infinitam vim et materiem;* III. 32, 131: *tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis.*

sessionis, s. 5, 18.

acuenda, d. i. gewandt machen, was auch in *procudere* (vgl. Pind. Pyth. 1, 166: ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν) liegt. Zu *acuenda* vgl. Brut. 97, 331: *tuum enim forum, tuum erat illud curriculum, tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento et eisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiae laude iunxisses.* Das Gegentheil ist *obtundere*, s. oben 24, 93.

maximarum rerum (Kenntnisse). Dazu gehört, wie aus 31, 122: *omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio* hervorgeht, auch die Kenntniss der Philosophie; vgl. 34, 138.

31. 122. *si modo*, wie II. 38, 157; 43, 182 u. ö.

disceptationibus — periculis = *in causis privatis et publicis.*

auctores et principes, vgl. 17, 63: erste Votanten.

caducam: verschmäht, von der nicht angetretenen Erbschaft gebraucht. Vgl. Ulpian. XVII. 1: *quod quis sibi testamento relictum ita, ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, velut ceciderit ab eo;* Cic. Phil. X. 5, 11: *etsi ne C. quidem Antonii celeritas contemnenda est; quem nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres.*

vacuam: herrenlos; vgl. p. Sex. Rosc. 9, 26: *sex — praedia vacua filio traditurum.*

atque etiam: und dabei noch.

ille in Gorgia Socrates, vgl. I. 11, 47: *'diligentius legi Gorgiam; quo in libro hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus inridendis ipse esse orator summus videbatur.*

paucis — libellis, wie 30, 121: *non est paucorum libellorum hoc mu-*

illa sint propria rhetorum, quae ab iisdem de iustitia, de officio, de civitatibus instituendis et regendis, de omni vivendi, denique etiam de naturae ratione dicuntur. Quae quoniam iam aliunde 123.
non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus expilati sumus; dum modo illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent et quam intuentur, transferamus, neque, ut ante dixi, omnem teramus in his discendis rebus aetatem; sed cum fontis viderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, numquam cognoscet omnino, tum, quotienscumque opus erit, ex iis tantum, quantum res petet, hauriemus. Nam neque tam est acris acies in naturis 124.
hominum et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit. In hoc igitur tanto tam immensoque campo cum liceat oratori vagari libere atque, ubicumque constiterit, consistere in suo, facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi. Rerum enim copia verbo- 125.

---

nus. Gemeint sind, wie es scheint, Aristoteles und Theophrast, vgl. I. 13, 55: *ceteros libros artis suae nomine, hos rhetoricos et inscribunt et appellant*, welche nach Ciceros Darstellung die Beredsamkeit auf ein sehr enges Gebiet beschränken, während Plato gar nichts von ihr wissen will.

de naturae ratione. Die Kenntniss der Naturwissenschaft wird I. 15, 68 für den Redner als entbehrlich bezeichnet; dass sie aber Cic. dennoch für sehr nützlich hält, beweist or. 4, 16: *Quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam? Nam de vita, de officiis, de virtute, de moribus sine multa earum ipsarum disciplina nihil aut dici aut intellegi potest.*

123. *dum modo* cet., d. h. die philosophischen Fragen erhalten erst dann einen Werth, wenn sie in den praktischen Disciplinen Anwendung finden.

neque, s. z. 22, 83: *ut ante dixi:* 23, 86 ff.

fontis. Gemeint sind vornehmlich die II. 27, 117 und 41, 174 bezeichneten Hauptgesichtspunkte oder Kategorien, auch *loci* oder *capita* genannt, welche als *sedes argumentorum* dem Redner die Beweisgründe liefern. Vgl. auch I. 46, 203: *Equidem vobis — intenderem.*

quos nisi qui cet., s. z. 5, 20: *quo cetera si careant; tantum, quantum*, wie 20, 77.

124. *tam immensoque*, s. z. 4, 13: *tam praecipitisque.*

suppeditat, hier intransitiv = dem häufigeren *suppetere*, namentlich oft von der *vita* ausgesagt, wie Brut. 27, 105: *Carbo, cui vita suppeditavit, est in multis iudiciis causisque cognitus;* ebds. 32, 124; 70, 245.

apparatus, s. z. 24, 92.

125. *Rerum enim copia* cet. Derselbe Gedanke steht auch I. 6, 20, wo der gleiche Wechsel von *res* (Plur.) 'Gegenstände' und *res* (Sing.) 'Inhalt' stattfindet: *ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio, quae, nisi est ab oratore res percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et paene puerilem;* ebds. 12, 50; II. 34, 146: *Ea (materia orationis) vi sua verba pariet, quae semper satis ornata mihi quidem*

rum copiam gignit; et, si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit [ex re] naturalis quidam splendor in verbis. Sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili et flagret studio et a natura adiuvetur et in universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque delegerit, ne ille haud sane, quem ad modum verba struat et inluminet, a magistris istis requiret: ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce natura ipsa, si modo est exercitata, delabetur.

32.126. Hic Catulus: Di immortales, inquit, quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno collocare! Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse
127. accepimus semperque esse in omni orationis ratione versatos; ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta paene audiente

---

videri solent, si eiusmodi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur; Hor. ep. ad Pis. 311: *Verbaque provisam rem non invita sequentur.*

naturalis quidam splendor. Vgl. Brut. 9, 36: *sucus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.*

universorum generum, vgl. 30, 120.

ne (nicht *nae* zu schreiben) steht in dieser Bedeutung immer am Anfang eines Satzes vor einem pron. pers. oder dem., meist in Verbindung mit einem Bedingungssatze, dem es entweder vorangeht oder nachfolgt. Auch hier ist in *Sit modo* cet. eine Bedingung enthalten.

delabetur: wird den Übergang finden, eine öfters angewendete Metapher, vgl. or. 31, 111: *iam illud medium (dicendi genus) quotiens volt (Demosthenes) adripit et a gravissimo discedens eo potissimum delabitur;* Lael. 21, 76: *iam enim a sapientium familiaritatibus ad volgaris amicitias oratio nostra delabitur.*

32. 126. *educere*, wie I. 34, 157: *Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen.*

maiorum, vgl. 16, 59; *auctores:* Meister oder Muster.

127. Hippias aus Elis, ein jüngerer Zeitgenosse des Protagoras und wegen seines polyhistorischen Wissens berühmt, wird in dem pseudoplatonischen Dialog *Hippias m.* p. 368 B wegen seiner Prahlerei mit den hier erwähnten Kenntnissen und Fertigkeiten persifflirt; jene Stelle scheint hier Cicero vorgeschwebt zu haben. Über die Sophisten überhaupt vgl. Brut. 8, 30: *tum etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt. Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Calchedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in magno honore fuit; aliique multi temporibus eisdem docere se profitebantur, adrogantibus sane verbis, quem ad modum causa inferior, ita enim loquebantur, dicendo fieri superior posset.*

quinquennali celebritate: der in jedem fünften Jahre stattfindenden

Graecia nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret; nec solum has artis, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poëtarum atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur, se tenere, sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem est pro- 128.
gressus, sed ex eo ipso est coniectura facilis, quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Quid de Prodico Ceo, de Thrasymacho Calchedonio, de Protagora Abderita loquar? quorum unus quis-

---

Festversammlung zu Olympia, an welcher nicht bloss gymnische und Wagenkämpfer, sondern auch Dichter, Redner, Historiker u. s. w. mit den Erzeugnissen ihrer Kunst und Wissenschaft, welche sie dort vortrugen, gegen einander in die Schranken traten. Vgl. Hipp. m. a. a. O.: *ἔφησθα δὲ ἀφικέσθαι ποτὲ εἰς Ὀλυμπίαν, εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων πανήγυριν, ἃ εἶχες περὶ τὸ σῶμα ἅπαντα σαυτοῦ ἔργα ἔχων.*

indutus, wie bei Tac. ann. I. 41: *militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda volgi studia eo tegmine pedum induebatur.*

128. *nimis — progressus.* Noch kürzer heisst es bei Tac. ann. III. 55: *Dites olim familiae nobilium aut claritudine insignes studio magnificentiae prolabebantur.*

praeclarissimis, dasselbe wie I. 3, 9: *omnium laudatarum artium;* vgl. oben 30, 121: *maximarum rerum.* Den Gegensatz bilden die *sordidiores artes*, welche bloss auf Gewinn abzielen.

Prodicus aus Ceus war dem Hippias ungefähr gleichalterig und durch seine Moralvorträge, unter denen der von Xenoph. memor. II. 1, 21 nachgebildete Mythus von Hercules am Scheidewege der bekannteste war, sowie durch seine Unterscheidung sinnverwandter Worte in ethischer und dialektischer Beziehung ein Vorläufer des Sokrates.

Über Thrasymachus und Gorgias s. z. 16, 59. Beide lebten längere Zeit in Athen, namentlich Gorgias, Schüler des Korax und Tisias, welcher 427 an der Spitze einer leontinischen Gesandtschaft die Athener zu einer Hülfeleistung gegen die Spartaner zu bestimmen suchte und von da an ununterbrochen sich in Athen aufhielt, mit Ausnahme der letzten Zeit seines Lebens, welche er in dem thessalischen Larisa zugebracht zu haben scheint. Seine Vorträge über Rhetorik, deren Begründer er in Griechenland war, wurden so gefeiert, dass man sie *λαμπάδες* und die Tage seines Auftretens *ἑορταί* nannte; zu Delphi wurde ihm sogar wegen einer an den pythischen Festspielen gehaltenen Prunkrede eine goldene Bildsäule errichtet. Von ihm wird auch I. 22, 103 und de fin. II. 1, 1 berichtet, dass er sich anheischig machte, über jedes ihm vorgelegte Thema reden zu können. Der älteste der Sophisten

Protagoras aus Abdera, geb. zwischen 491 und 485, gest. zwischen 421 und 415, war Freund des Perikles und soll für die athenische Colonie Thurii die Gesetze ausgearbeitet haben. Von ihm rührt (in Consequenz seiner heraklitischen Richtung in der Philosophie) der Satz her,

que plurimum *ut* temporibus illis etiam de natura rerum et dis-
129. seruit et scripsit. Ipse ille Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato voluit, philosopho succubuit orator, qui aut non est victus umquam a Socrate neque sermo ille Platonis verus est aut, si est victus, eloquentior videlicet fuit et disertior Socrates et, ut tu appellas, copiosior et melior orator — sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re, quaecumque in disceptationem quaestionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse profitetur; isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere qua de re quisque vellet audire; cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statu-
130. eretur. Sed hi, quos nominavi, multique praeterea summique dicendi doctores uno tempore fuerunt; ex quibus intellegi potest ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis, oratorisque nomen apud antiquos in Graecia maiore quadam vel copia vel gloria floruisse.
131. Quo quidem magis dubito tibine plus laudis an Graecis vituperationis statuam esse tribuendum: cum tu in alia lingua ac moribus natus occupatissima in civitate vel privatorum negotiis paene omnibus vel orbis terrae procuratione ac summi imperii gubernatione districtus tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis eamque omnem cum eius, qui consilio et oratione in civi-

dass der Mensch das Mass aller Dinge sei: πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος, τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν, und ein Werk über den rechten Wortgebrauch, ὀρθοέπεια. Auch der Satz, dass der Redner τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ, ist auf ihn zurückzuführen.

ut temporibus illis: im Verhältniss zu jenen Zeiten, in welchen schon mehr ethische oder politische Gegenstände behandelt wurden; vgl. Brut. 7, 27: *Opinio est — Pisistratum et paulo seniorem etiam Solonem posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo.*

129. *philosopho*, d. i. dem Sokrates. *succubuit orator*, welchen Gorgias in jenem Dialoge darstellt; *qui* adversativ; *neque:* ebenso wenig als —.

si est victus, mit Wiederholung des Verbums, nach der Gewohnheit Cicero's, in Gegensätzen den Gedanken vollständig auszuprägen.

eloquentior videlicet, vgl. I. 11, 47: *quo in libro (Gorgia) hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur; princeps*, s. z. 44, 173.

Graecia, für das Volk gesetzt, wie oben 32, 127 und I. 4, 13: *ut omittam Graeciam, quae semper eloquentiae princeps esse voluit.*

130. *dicendi doctores* ist Subj.; *copia*, natürlich *oratorum* oder *eam artem profitentium.*

131. *statuam*, nach dem bei den Verba des Meinens üblichen Pleonasmus zur periodischen Abrundung hinzugefügt.

vel privatorum negotiis cet., d. h. er war ein ebenso gesuchter Sachwalter als vielvermögender Staatsmann.

tantam vim — cognitionemque: ein so grosses Feld der Erkenntniss.

tate valeat, scientia atque exercitatione sociaris; illi nati in litteris ardentesque his studiis, otio vero diffluentes, non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem et traditum et suum conservarint. Tum Crassus: Non in hac, inquit, una, Catule, re, 33. 132.
sed in aliis etiam compluribus distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium deminutae. An tu existimas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios, qui volneribus, alios, qui oculis mederentur? Num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam

---

sociaris. Dieses seltenere *simplex* findet sich doch auch sonst bisweilen bei Cic., wie z. B. p. Planc. 30, 73: *periculum vitae tuae mecum sociare.*

33. 132. *distributione partium*: Bildung von Theilen. Zum Inhalt vgl. I. 6, 22: *Graecos homines non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantis partitionem quandam artium fecisse video neque in universo genere singulos elaborasse* cet.

Hippokrates aus Cos, 460—364, der berühmteste Arzt des Alterthums, wurde den Athenern besonders bei dem Ausbruch der Pest im peloponnesischen Kriege nützlich und starb zu Larisa in Thessalien. Unter seinen Schriften sind die Aphorismen am bemerkenswerthesten.

morbis: innerliche Krankheiten.

Euklides, der berühmteste Mathematiker des Alterthums, lebte um 300 v. Chr. in Alexandria. Seine *elementa matheseos* (στοιχεῖα) bilden noch jetzt die Grundlage dieser Wissenschaft. Sein Schüler

Archimedes aus Syrakus (ὁ μηχανικός), 287—212, ausgezeichnet durch seine Leistungen in der Mathematik und Mechanik, kam bekanntlich bei der Vertheidigung seiner Vaterstadt um. Sein mit einer Kugel und einem Cylinder geschmücktes Grabmal wurde nach langer Vergessenheit erst im J. 76 durch Cicero wieder aufgefunden; vgl. Tusc. disp. V. 23, 64 ff.

Damon aus Athen war Lehrer des Perikles. Vgl. Corn. Nep. Epam. c. 2: *et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria quam Damon aut Lamprus, quorum pervolgata sunt nomina.*

Aristoxenus aus Tarent, um 318 v. Chr., Schüler des Aristoteles, schrieb die noch erhaltenen ἁρμονικὰ στοιχεῖα in drei B., welche eine wichtige Quelle für die Wissenschaft der antiken Rhythmik und Metrik sind.

litteras: die Litteratur, vgl. oben 10, 39; 13, 48; I. 3, 10: *huic studio litterarum, quod profitentur ei, qui grammatici vocantur.*

Aristophanes aus Byzanz, Schüler des Zenodot und Lehrer des Aristarch, Vorsteher der alexandrinischen Bibliothek, um 264 v. Chr., ist durch seine vielseitige kritisch-exegetische Thätigkeit berühmt und hat sich besonders um die Gedichte des Homer durch seine διόρθωσις verdient gemacht. Sein Nachfolger in der Verwaltung der alexandrinischen Bibliothek (von 260—240) war Callimachus, ebenfalls durch seine umfassende Gelehrsamkeit ausgezeichnet, mit welcher auch nach der Gewohn-

discerptas fuisse, ut nemo genus universum complecteretur at-
133. que ut alius aliam sibi partem in qua elaboraret seponeret? Equidem saepe hoc audivi de patre et de socero meo, nostros quoque homines, qui excellere sapientiae gloria vellent, omnia, quae quidem tum haec civitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Aelium; M' vero Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod erat insigne eum, qui id faceret, facere civibus suis omnibus consilii sui copiam; ad quos olim et ita ambulantis et in solio sedentis domi sic adibatur, non solum ut de iure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio
134. referretur. Haec fuit P. Crassi illius veteris, haec Ti. Coruncanii, haec proavi generi mei, Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur; eidemque in senatu et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae con-

---

heit jener alexandrinischen Gelehrten seine Gedichte (Elegien und Hymnen) überladen sind.

atque, nach der Negation = sondern, wie oben 3, 9; I. 49, 213: *Oratorem — non facio eundem quem Crassus — atque eum puto esse* cet. u. o.

133. *audivi de*, für das häufigere *ex*, wie Brut. 26, 100: *Audivi equidem ista, inquam, de maioribus natu, sed numquam sum adductus ut crederem.*

socero meo: Q. Mucius Scävola Augur; *excellere vellent*, vgl. 35, 140.

Sex. Älius Pätus, berühmter Jurist und Staatsmann, wird auch im ersten Buch mehrfach (45, 198; 48, 212; 56, 240) erwähnt; ebenso M' Manilius I. 48, 212; 58, 246. Beide waren zugleich angesehene juristische Schriftsteller. Der Acc. bei *memini*, wie 50, 194; 56, 214.

in solio sedentis. Vgl. II. 33, 143: *ista tum a Crasso discemus, cum se de turba et a subselliis in otium, ut cogitat, soliumque contulerit;* de leg. I. 3, 10: *ego vero aetatis potius vacationi confidebam, cum praesertim non recusarem, quominus more patrio sedens in solio consulentibus responderem senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere.*

134. P. Licinius Crassus, Cons. 205 zugleich mit Scipio major, gest. 183. Vgl. Cat. m. 9, 27: *nihil Sex. Aelius tale, nihil multis annis ante Ti. Coruncanius, nihil modo P. Crassus, a quibus iura civibus praescribebantur, quorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia;* Liv. XXX. 1, 5: *facundissimus habebatur (Crassus) seu causa oranda seu in senatu, ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset, iuris pontificii peritissimus; super haec bellicae quoque laudis consulatus compotem fecerant.*

Über *Ti. Coruncanius* s. z. 15, 56.

proavi generi mei, denn der Schwiegersohn des Crassus (s. z. 2, 8) war Urenkel des P. Corn. Scipio Nasica Corculum, welcher Schwiegersohn des älteren Africanus, Cons. im J. 162 und 155, Censor 159, Pont. max. 150 war. Den Beinamen Corculum hatte er wegen seiner Klugheit erhalten, vgl. Tusc. disp. I. 9, 18: *Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo — Nasica ille prudens bis consul Corculum et*

Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.

silium suum fidemque praestabant. Quid enim M. Catoni praeter 135. hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam defuit? Num, quia ius civile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, iuris scientiam neglegebat? Utroque in genere et elaboravit et praestitit. Num propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam tardior in re publica capessenda fuit? Nemo apud populum fortior, nemo melior senator; idem facile optimus imperator; denique nihil in hac civitate temporibus illis sciri discive potuit, quod ille non cum investigarit et scierit tum etiam conscripserit. Nunc contra plerique ad honores adipiscen- 136. dos et ad rem publicam gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum aliquid adfert, aut bellicam virtutem aut usum aliquem militarem; quae sane nunc quidem obsoleverunt; aut iuris scientiam, ne eius quidem universi; nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit; aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum cursu positam putant; omnium

fidemque, s. z. 2, 5.

135. *M. Catoni.* Seine Beredsamkeit und Rechtskenntniss wird auch I. 37, 171 gerühmt. Eine ausführliche Charakteristik dieses Mannes findet sich an der dort angeführten Stelle Liv. XXXIX., 40. Das hinzufügte *enim* bezeichnet auch den M. Cato als einen Beleg für den § 133 ausgesprochenen Gedanken: *nostros quoque homines — complecti.*

transmarinam, vgl. de rep. II. 15, 29: *facile patior non esse nos transmarinis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus;* ebds. III. 3, 5: *quid P. Scipione, quid C. Laelio, quid L. Philo perfectius cogitari potest? qui — ad domesticum maiorumque morem etiam hanc a Socrate adventiciam doctrinam adhibuerunt.*

investigarit, der Conj. Perf., wie bei Cic. gewöhnlich in einem verneinten relativischen Consecutivsatze (auch mit *quin*) nach einem Präteritum, wenn dieses ebenfalls negirt ist. So II. 56, 230: *nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem facetius dictum videretur, quod non provocatus responderit;* I. 3, 10: *nemo fere studuisse ei scientiae vehementius videatur, quin quod voluerit consecutus sit.*

conscripserit. Von seinen zahlreichen Schriften sind ausser dem jetzt noch vorhandenen *liber de re rustica* am berühmtesten die *origines*, eine Geschichte des römischen Volkes bis auf seine Zeit, gewesen. Am ausführlichsten spricht über dieselben Corn. Nep. Cat. c. 3.

136. *Sin*, ohne vorhergehendes *si;* aber die voranstehenden Bestimmungen *nudi* cet., welche durch *etiam si — sunt* umschrieben werden können, haben condicionale Bedeutung.

effert se — adfert, ein beabsichtigtes Wortspiel; vgl. 1, 4: *concideris — caedenda — incidenda;* II. 39, 163: *sumi — adsumi;* 72, 294: *abiecto — reiecto scuto.*

Das *ius pontificium* oder *sacrum*, welches in den *libri pontificum* (I. 43, 193) verzeichnet war, enthielt auch Bestimmungen über das gesammte Privatrecht und Prozesswesen, da alle öffentlichen Handlungen mit der Religion auf das engste verbunden waren.

clamore, vgl. 21, 81: *clamatores odiosi;* II. 20, 86: *tertium vero illud,*

vero bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem
34. 137. cognationemque non norunt. Sed ut ad Graecos referam orationem, quibus carere hoc quidem *in* sermonis genere non possumus — nam ut virtutis a nostris, sic doctrinae sunt ab illis exempla petenda —, septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur: hi omnes praeter Milesium Thalen civitatibus suis praefuerunt. Quis doctior eisdem temporibus illis aut cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati? qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus: non fuit ille quidem civibus suis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut litteris doctrinaque
138. praestaret. Quid Pericles? de cuius dicendi vi sic accepimus, ut, cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriae severius, tamen id ipsum, quod ille contra popularis homines diceret, populare omnibus et iucundum videretur; cuius

---

clamare contra quam deceat et quam possit, hominis est (ut tu, Catule, de quodam clamatore dixisti) stultitiae suae quam plurimos testis domestico praeconio colligentis.

virtutum — societatem, s. 6, 21.

34. 137. *hoc — sermonis genere*, so gewöhnlich für unser: eine Unterredung dieser Art.

virtutis cet. Vgl. Tusc. disp. I. 1, 2: *Nam mores et instituta vitae resque domesticas ac familiaris nos profecto et melius tuemur et lautius —. Quae enim tanta gravitas, quae tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda? Doctrina Graecia nos et omni litterarum genere superabat, in quo erat facile vincere non repugnantis.*

septem — sapientes. Nach Diogenes v. Laerte empfahlen diese sieben Weisen folgende Lebensregeln: Thales v. Milet: *γνῶθι σαυτόν*, Solon aus Athen: *μηδὲν ἄγαν*, Chilon aus Sparta: *ἐγγύα πάρα δ' ἄτα*, Pittacus aus Mytilene: *καιρὸν γνῶθι*, Bias aus Priene: *οἱ πλεῖστοι κακοί*, Cleobulus aus Lindos: *μέτρον ἄριστον*, Periander aus Corinth: *μελέτη τὸ πᾶν*. Doch werden ihnen anderwärts auch andere Grundsätze beigelegt.

et haberentur et vocarentur. Dieser Periodenschluss mit *et — et* ist regelmässig, wenn das Urtheil als ein allgemein anerkanntes oder offen ausgesprochenes bezeichnet werden soll; vgl. 16, 61 und Tusc. disp. V. 3, 7: *illos septem et multis ante saeculis Lycurgum — et iam heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientis.*

Pisistrati. Vgl. Bekker anecd. v. II. p. 768: *τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε δῆμος Ἀθηναίων καὶ τρὶς ἐπηγάγετο τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.* Die von ihm gesammelten und zu der Ilias und Odysee vereinigten Gedichte sollten fortan von den Rhapsoden *ἐξ ὑπολήψεως* (abwechselnd) und *ἐφεξῆς* (nach der festgesetzten Reihenfolge) vorgetragen werden, damit eine neue Zerstörung derselben verhütet würde.

138. *ut — videretur*, als ob vorherginge: *quem tanta vi dicendi usum*

in labris veteres comici, etiam cum illi male dicerent (quod tum Athenis fieri licebat), leporem habitasse dixerunt tantamque in eodem vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non declamator aliqui ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus [in] maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens quadraginta annis praefuit Athenis et urbanis eodem tempore et bellicis rebus. Quid 139.
Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed

---

accepimus. Zum Inhalt vgl. Brut. 11, 44: *Huius suavitate maxime hilaratae sunt Athenae, huius ubertatem et copiam admiratae, eiusdem vim dicendi terroremque timuerunt.*

in labris. Vgl. Brut. 15, 59: *Πειθὼ quam vocant Graeci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius, ut, quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis sessitavisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.* Die gemeinte Stelle lautete in den δῆμοι des Eupolis:

Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

quod tum — licebat: noch zur Zeit des Aristophanes, welcher Staatsmänner, wie den Kleon und Nicias, und andere lebende Personen, wie den Sokrates, auf die Bühne brachte. Durch ein Gesetz der dreissig Tyrannen wurde diese Freiheit aufgehoben.

ad clepsydram, denn die Wasseruhr, nach welcher die Dauer der Prozessreden bei den Athenern stets, bei den Römern seit der *lex iudiciaria* des Pompejus (vom J. 70) bestimmt abgegränzt wurde, war auch in den Schulen der Rhetoren im Gebrauch; vgl. Tusc. disp. II. 27, 67: *Cras ergo ad clepsydram; sic enim diximus.*

latrare, vgl. Brut. 15, 58: *et oratorem (Ennius Cethegum) appellat et suaviloquentiam tribuit, quae nunc quidem non tam est in plerisque; latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur.*

Anaxagoras. Vgl. zu 15, 56 und Brut. 11, 44: *Pericles, Xanthippi filius, — primus adhibuit doctrinam; quae quamquam tum nulla erat dicendi, tamen ab Anaxagora physico eruditus exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad causas forensis popularisque facile traduxerat.*

maximarum rerum, s. z. 30, 121.

quadraginta annis. Cic. rechnet also hier die ganze Zeit von Cimons Verbannung (469) an; I. 50, 216 sagt er nur: *plurimos annos princeps consilii publici fuit.*

139. *Critias*, s. z. 16, 59: *Theramenes.*

Alcibiades, vgl. Corn. Nep. Alc. c. 1: *In hoc quid natura efficere possit videtur experta. Constat enim inter omnis, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus. — Namque imperator fuit summus et mari et terra: disertus, ut in primis dicendo valeret, quod tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicenti posset resistere.* Ebds. c. 2: *educatus est in domo Pericli; privignus enim eius fuisse dicitur; eruditus a Socrate.*

non boni, wie § 137: *non utilis.*

certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem Syracosium doctrinis omnibus expolivit? non Plato? atque eum idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum Cononis praestantissimi imperatoris filium, summum ipsum imperatorem hominemque doctissimum? aut aliis Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum unum omnis Graeciae? aut Xenophon Agesilaum? aut Philolaus Archytam

---

Dion, Schwager Dionysius' I. von Syrakus und von Dionysius verbannt. Nach der Befreiung seiner Vaterstadt von der Tyrannenherrschaft fand er 353 durch eine Verschwörung seinen Tod. Über sein Verhältniss zu Plato vgl. Corn. Nep. Dion. c. 2: *(Platonem) adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum traderet: neque vero minus Plato delectatus est Dione.* Die Form *Syracosius* ist bei Cic. regelmässig, vgl. de off. I. 44, 155: *illi, quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt; nam et erudiverunt multos, quo meliores cives utilioresque rebus suis publicis essent, ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracosium Dionem Plato multique multos.*

Timotheus befehligte 378 in dem Kriege gegen Sparta mit Chabrias und Callistratus die athenische Flotte, wurde aber später wegen einer misslungenen Unternehmung im Bundesgenossenkriege verbannt und starb nach 354. Vgl. über ihn de off. I. 32, 116: *Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam, quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit.*

Lysis aus Tarent siedelte um 400 v. Chr. nach der Auflösung des pythagoreischen Bundes nach Theben über. Nach ihm hat Plato einen seiner Dialoge benannt.

Epaminondas, welcher den Thebanern durch den Sieg über die Spartaner bei Leuktra 371 die Hegemonie unter den Griechen erwarb und während seines zweiten Sieges über dieselben bei Mantinea 362 fiel, wird auch sonst von Cic. als einer der grössten Männer Griechenlands bezeichnet, wie Tusc. disp. I. 2, 4: *Epaminondas, princeps meo iudicio Graeciae, fidibus praeclare cecinisse dicitur.* Über seine Beredsamkeit vgl. Corn. Nep. Epam. c. 5: *fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia, neque minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus.*

unum ist wegen des Gegensatzes zu *omnis* hier zum Superl. pleonastisch hinzugefügt, wie I. 22, 99: *unum ex omnibus ad dicendum maxime natum;* or. 21, 69: *id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum.*

Agesilaus, von 397—361 v. Chr. König von Sparta und vorzüglicher Feldherr, griff die Perser in Asien selbst an, wurde aber durch den von diesen erregten korinthischen Krieg nach Griechenland zurückgerufen. Vgl. Corn. Nep. Ages. c. 1: *Agesilaus Lacedaemonius, cum a*

Tarentinum? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam magna vocitata est? Equidem non 35. 140.
arbitror; sic enim video, unam quandam omnium rerum, quae essent homine erudito dignae atque eo, qui in re publica vellet excellere, fuisse doctrinam; quam qui accepissent, si eidem ingenio ad pronuntiandum valuissent et se ad dicendum quoque non repugnante natura dedissent, eloquentia praestitisse. Itaque ipse 141.
Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ille suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam

---

ceteris scriptoribus tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est; eo enim usus est familiarissime.

Philolaus aus Tarent oder Croton, Zeitgenosse des Sokrates, gilt als der erste Pythagoreer, welcher das philosophische System des Pythagoras in einer Schrift darstellte. Von dieser sind noch Fragmente vorhanden, deren Echtheit aber nicht gesichert ist.

Archytas, Zeitgenosse des Plato, stand an der Spitze seiner Vaterstadt Tarent und war auch als Feldherr ausgezeichnet.

veterem Italiae Graeciam. Der Einfluss des Pythagoras und seiner Schule auf die unteritalischen Staaten wird von Cic. mehrfach erwähnt; so z. B. Tusc. disp. IV. 1, 2: *Quis enim est qui putet, cum floreret in Italia Graecia potentissimis et maximis urbibus, ea quae magna dicta est, in iisque primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces auris clausas fuisse.*

35. 140. *ad pronuntiandum* bezeichnet den freien Vortrag (s. 15, 56), wozu lediglich geistige Befähigung erforderlich ist, während *ad dicendum* auf die öffentliche Thätigkeit des Redners geht, welche durch angeborene Vorzüge ebenso des Körpers (II. 20, 85) als des Geistes unterstützt werden muss. In diesem Sinne steht *pronuntiare* z. B. I. 19, 88; 34, 154; II. 30, 131: *ad pronuntiandum expeditum* u. o. Das vorhergehende *atque eo* kann unübersetzt bleiben; vgl. z. 17, 63: *et quem.*

141. *quod ille — transtulisset.* Dieses dem Aristoteles zugeschriebene Motiv soll seinen Unmuth über die immer ausschliesslichere Betonung der blossen Form von Seiten des Isokrates und seine Überzeugung ausdrükken, dass die Beredsamkeit mehr eines reellen und praktischen Inhalts bedürfe. Dass Aristoteles schon während seines ersten Aufenthaltes zu Athen (366—347) noch bei Lebzeiten Plato's dort seine Lehrwirksamkeit begonnen hat, ohne jedoch eine förmliche Schule einzurichten (was man nach dem ungenauen Ausdruck Cicero's annehmen könnte), ist nicht zu bezweifeln. Seine Feindseligkeit gegen Isokrates mag auch durch die Spannung, welche zwischen diesem und Plato zuletzt eingetreten war, und durch die Ausfälle des ersteren gegen die Philosophen überhaupt hervorgerufen worden sein; daraus lässt sich erklären, dass die Angriffe des Aristoteles auf Isokrates von einer gewissen Leidenschaftlichkeit nicht frei waren. Vgl. noch Tusc. disp. I. 4, 7: *Aristoteles —, cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere docere etiam coepit adulescentis et prudentiam cum eloquentia iungere;* or. 19, 62: *Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit;* de off. I. 1, 4: *eodemque modo de Aristotele et Isocrate iudico, quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum.*

formam prope disciplinae suae versumque quendam Philoctetae paulo secus dixit: ille enim turpe sibi ait esse tacere, cum barbaros, hic autem, cum Isocratem pateretur dicere. Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque vero hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, a quo eodem ille et agendi acciperet prae-
142. cepta et eloquendi. Nunc sive qui volet, eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae, philosophum appellare malet, non impediam; dum modo hoc constet, neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam; quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam
143. quam stultitiam loquacem; sin quaerimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est; quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est; sin eos diiungent, hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illo-

---

versumque quendam cet., wahrscheinlich aus dem verloren gegangenen Philoktet des Euripides. Die von Plutarch erhaltene Stelle lautete:

ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.

Den zweiten Vers änderte Aristoteles so:

αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

Vgl. auch Quint. III. 1, 14: *Nam et Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt* (z. B. Timotheus, 34, 139, Theopompus, Ephorus u. a.) *in omni studiorum genere, eoque iam seniore — posmeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit, noto quidem illo, ut traditur, versu ex Philocteta frequenter usus: turpe esse tacere et Isocratem pati dicere.*

Alexandro filio doctorem. Dieser Unterricht dauerte ununterbrochen von dem 13. bis 16. Lebensjahre des Alexander, 343—340, und wurde auch später bis 335, wo Aristoteles nach Athen zurückkehrte, nicht ganz ausgesetzt.

et agendi — et eloquendi, vgl. 15, 57: *oratorem verborum actoremque rerum.*

142. *sive qui* (= *quis*) *volet*. Dazu ist aus dem Hauptsatz zu ergänzen: *eum philosophum — appellare oratorem.*

copiam rerum —: die Herrschaft über —.

infantiam, wie 51, 198; noch häufiger wird das Adj. *infans* als Gegensatz zu *eloquens* gebraucht.

non queat, eine in der 3. Pers. mögliche, in der 1. Pers. Sing. *(non queo)* bei Cic. regelmässige Trennung der Negation von diesem Verbum.

res: Inhalt, im Gegs. zu *verba;* vgl. z. 31, 125.

143. *ex omnibus* ist von *unum* abhängig, wie 33, 136 *e multis*; *inferiores*, neml. dieselben, welche *diiungent*: die *philosophi.*

rum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia; quae quamvis contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus adferre videatur. Haec cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit et a ceteris silentium fuit.

Tum Cotta: Equidem, inquit, Crasse, non possum queri, 36. 144.
quod mihi videare aliud quiddam et non id, quod susceperis, disputasse; plus enim aliquanto attulisti, quam tibi erat attributum a nobis ac denuntiatum; sed certe ut eae partes fuerunt tuae, de illustranda oratione ut diceres, et eras ipse iam ingressus atque in quattuor partis omnem orationis laudem discripseras, cum de duabus primis nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quem ad
modum primum ornate, deinde etiam apte diceremus. Quo cum 145.
ingressus esses, repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium abstraxit. Omnem enim rerum scientiam complexus non tu quidem eam nobis tradidisti; neque enim fuit tam exigui temporis: sed apud hos quid profeceris nescio, me quidem in Academiam totum compulisti. In qua velim sit illud, quod saepe posuisti, ut non necesse sit consumere aetatem atque ut possit is

---

continuo: unmittelbar; *cumulum*, vgl. 24, 91: *cumulandae*.

Haec cum cet., wie I. 35, 160: *Haec cum Crassus dixisset, silentium est consecutum*, zum Zeichen des Abschlusses einer ausführlicheren Erörterung.

36. 144. *et non*: und nicht vielmehr, wie I. 22, 102: *quando enim me ista curasse — arbitramini et non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam.* Häufiger noch steht so *ac non.*

denuntiatum, ein aus der Gerichtssprache entlehnter Ausdruck, wo *testimonium denuntiare alicui* die Mittheilung an jemand bezeichnet, dass er einen Zeugeneid zu leisten hat.

ut hae cet. Der Nachsatz: *ita tamen munus tuum nondum exsecutus es* folgt dem Sinne nach erst § 145 und ist hier in der anakoluthischen Periode durch *duas tibi reliquas feceras* verdrängt, was eigentlich noch zum Nebensatze gehört.

omnem orationis laudem: die Summe aller Vorzüge der rednerischen Darstellung.

ut ipse dicebas: 14, 52.

145. *aestus:* die Wogen, eig. die Brandung, welche die Fahrzeuge wieder auf die hohe See zurücktreibt. Dasselbe Bild de leg. II. 4, 9: *ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat;* Brut. 81, 282: *sed hunc quoque absorbuit aestus quidam insolitae adulescentibus gloriae.*

exigui temporis, vgl. 21, 81 g. E.; 30, 121.

In qua ist abhängig von *consumere;* vgl. eine ähnliche Satzbildung von 55, 209: *His autem de rebus sol me ille admonuit ut brevior essem.*

posuisti: 23, 86 ff.; 31, 123 ff. Vgl. z. 38, 155: *posuimus.*

illa omnia cernere, qui tantummodo aspexerit; sed etiamsi est aliquando spissius aut si ego sum tardior, profecto numquam conquiescam neque defatigabor ante, quam illorum ancipitis vias rationesque et pro omnibus et contra omnia disputandi percepero.

146. Tum Caesar: Unum, inquit, me ex tuo sermone maxime, Crasse, commovit, quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, umquam omnino posse perdiscere; ut mihi non sit difficile periclitari et aut statim percipere ista, quae tu verbis ad caelum extulisti, aut, si non potuerim, tempus non perdere, cum tamen
147. his nostris possim esse contentus. Hic Sulpicius: Ego vero, inquit, Crasse, neque Aristotelem istum neque Carneadem nec philosophorum quemquam desidero, vel me licet existimes desperare ista posse perdiscere vel, id quod facio, contemnere: mihi rerum forensium et communium volgaris haec cognitio satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam; ex qua ipsa tamen permulta nescio; quae tum denique, cum causa aliqua, quae a me

---

cernere — *aspexerit,* vgl. 31, 124.

spissius: etwas langwierig, worüber man nicht leicht hinwegkommen kann; vgl. II. 53, 213: *exitus tamen spissi et producti esse debent.*

tardior, mit Anspielung auf 23, 89.

ancipitis, vgl. 16, 59, und zum Inhalt 27, 107.

pro omnibus et contra omnia. Vgl. 20, 75: *non modo non pro me, sed contra me est potius.* So muss dasselbe Wort immer wiederholt oder an der zweiten Stelle durch den entsprechenden Casus von *is* ersetzt werden, wenn die Präp. nicht denselben Casus regieren; im entgegengesetzten Falle aber ist es auch erlaubt, die Präpositionen durch *et* zu verbinden und das abhängige Wort hinter die zweite zu setzen. — Zu dem substantivisch gebrauchten *omnibus* im Abl. vgl. I. 43, 194: *nostra tueri, ab alienis abstinere.*

146. *commovit:* hat Eindruck gemacht.

et aut statim percipere cet. Dazu ist aus *non sit difficile* ein verwandter Begr., wie *in promptu sit*, zu ergänzen. Die ganze Wendung entspricht dem humoristischen Charakter Cäsars.

his nostris: mit unserem Besitz, so viel als *hac rerum forensium cognitione*, auf welche sich im Folgenden auch Sulpicius ohne Umschweife beschränkt.

147. *posse perdiscere*, vgl. z. 5, 18: *me.*

communium, d. h. der allgemein verständlichen gerichtlichen Fragen.

ad — *eloquentiam*, von *magna* abhängig, drückt nicht bloss die Beziehung, sondern auch die Bestimmung und Einwirkung aus, wie in Cat. III. 4, 9: *fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperii.*

specto, s. z. 22, 82.

ex qua, Hypallage (wie I. 45, 199: *ad causarum usum forensem*), statt *ex quibus*, da sich das Relat. eig. auf *rerum forens. et comm.* und nicht auf *cognitionem* bezieht.

tum denique: dann zuletzt, dann schliesslich, nicht ganz dasselbe als *tum demum;* vgl. II. 34, 146; 42, 181 u. ö.

dicenda est, desiderat, quaero. Quam ob rem, nisi forte es iam defessus et si tibi non graves sumus, refer ad illa te, quae ad ipsius orationis laudem splendoremque pertinent; quae ego ex te audire volui, non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed ut aliquid addiscerem.

Tum Crassus: Pervolgatas res requiris, inquit, et tibi non 37. 148.
incognitas, Sulpici; quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non scriptum etiam reliquit? Sed geram morem et ea dumtaxat, quae mihi nota sunt, breviter exponam tibi; censebo tamen ad eos, qui auctores et inventores sunt harum sane minutarum rerum, revertendum. Omnis igitur oratio conficitur ex 149.
verbis; quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est, deinde coniuncte. Nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius, qui ex continuatis [coniunctis] constat. Ergo utimur verbis aut iis, quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis; aut iis, quae transferuntur et quasi alieno in loco collocantur; aut iis, quae

---

quaero, neml. von den Clienten selbst, nach II. 24, 102; vgl. I. 58, 250: *Ac si iam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit cum hoc Scaevola communicare*; *quamquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt.* — Zu der Nebeneinanderstellung der Prädicate von drei Sätzen vgl. I. 22, 100; 30, 135.

ipsius orationis, wie I. 32, 144: *Audieram etiam quae de orationis ipsius ornamentis traderentur; in qua praecipitur primum ut pure et Latine loquamur* cet. Vgl. auch z. 24, 93: *ipsa exercitatio.*

non ut desperarem cet., d. h. nicht um zugleich Dinge zu vernehmen, welche mich ganz von dem Studium der Beredsamkeit abschrecken könnten.

37. 148. *dumtaxat:* eben, nicht mehr und nicht weniger.

censebo, das Fut., nicht Praes., mit der Bedeutung: dies werde ich jedoch in der Überzeugung thun u. s. w. Vgl. auch II. 14, 60: *est, fatebor, aliquid tamen.*

149. *igitur*, im Übergange von der Ankündigung des Thema's zu seiner Ausführung.

simpliciter — coniuncte: in ihrer Vereinzelung — Verbindung; die Adv. st. der Adj. *simplicium* und *coniunctorum*, weil die Art der Betrachtung sich nach dem Wesen des vorliegenden Gegenstandes richtet.

utimur, nicht *utemur*, weil hier zunächst nur der thatsächliche Sprachgebrauch beschrieben und noch keine Regel für den Redner gegeben wird

nata, wofür sonst auch *nativa* steht, wie part. or. 5, 16: *simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta; nativa ea, quae significata sunt sensu; reperta, quae ex his facta sunt et novata.*

alieno in loco, d. h. an die Stelle eines anderen (eigentlichen) Ausdrucks. Vgl. Quint. VIII. 6, 5: *Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est aut quia significantius est aut, ut dixi, quia decentius.*

150. novamus et facimus ipsi. In propriis igitur est verbis illa laus oratoris, ut abiecta atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. *Scilicet* in hoc verborum genere propriorum dilectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est; in quo
151. consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. Itaque hoc, quod volgo de oratoribus ab imperitis dici solet: B o n i s h i c v e r b i s, aut: A l i q u i s n o n b o n i s u t i t u r, non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur: in quo non magna laus est vitare vitium — quamquam est magnum —, verum tamen hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est,
152. verborum usus et copia bonorum. Sed quid ipse aedificet orator et in quo adiungat artem, id esse nobis quaerendum atque explicandum videtur.

38. Tria sunt igitur in verbo simplici, quae orator adferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum ver-
153. bum aut novatum aut translatum. Inusitata sunt prisca fere ac

---

150. *lectis*, wie I. 34, 154: *ut — verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem.* Vgl. or. 49, 163: *Verba — legenda sunt potissimum bene sonantia* u. oben 10, 39.

sonans. Vgl. or. 24, 80: *Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium, alter conlocatorum. Simplex probatur in propriis usitatisque verbis, quod aut optime sonant aut rem maxime explanant; in alienis aut translatum ac sumptum aliunde ut mutuo aut factum ab ipso ac novum aut priscum et inusitatum; sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro utimur.*

Scilicet, nicht *sed*, weil der vorhergehende Gedanke nur weiter ausgeführt und begründet wird.

propriorum, s. z. 10, 38: *puri sermonis.*

151. *imperitis:* Uneingeweihten, Laien; vgl. 44, 175.

arte aliqua: auf Grund einer theoretischen Kenntniss.

iudicatur, behufs der vollständigen Ausprägung des Gedankens und der rhythmischen Abrundung der Periode hinzugefügt, obgleich bereits das synonyme *perpenditur* vorangeht; vgl. I. 26, 121: *Equidem et in vobis animadvertere soleo et in me ipso saepissime experior;* ebds. 9, 36: *compulsum — delenitum.*

in quo, neml. *dilectu habendo*, wie § 150.

non magna laus, d. h. im Verhältniss zu den weiter unten erwähnten Vorzügen einer kunstvollen Rede, während *quamquam est magnum* andeutet, dass auch dieser Vorzug oft nicht erreicht wird. Vgl. Brut. 37, 140: *nam ipsum Latine loqui est illud quidem — in magna laude ponendum: sed non tam sua sponte quam quod est a plerisque neglectum.*

solum cet., vgl. Brut. 74, 258: *solum quidem — et quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam et Latinam.*

38. 153. *fere*, s. z. 9, 34; *vetustate*, vgl. de leg. III. 9, 20: *ea, quae iam prisca videntur propter vetustatem.*

vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poëtarum licentiae liberiora quam nostrae; sed tamen raro habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Neque enim illud fugerim dicere, ut Caelius: Qua tempestate Poenus in Italiam venit, nec prolem aut subolem aut effari aut nuncupare aut, ut tu soles, Catule, non rebar aut opinabar; aut alia multa, quibus loco positis grandior atque antiquior oratio saepe videri solet. Novantur autem verba, 154. quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt, vel coniungendis verbis, ut haec:

Túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat.
Num nón vis huius me vérsutiloquas málitias . . . .,

---

intermissa, prägn. für *intermittendo seclusa.*

liberiora: weniger eingeschränkt, dah. eher gestattet.

raro: dann und wann, wie 52, 201; vgl. 10, 39.

oratione, wie 14, 53 = *soluta oratione:* Prosa.

fugerim dicere, der Inf. wie p. Mur. 5, 18: *triumphum decorare fugiendum fuit;* vgl. or. 23, 77: *coagmentare neglegat.*

L. Cälius Antipater, Comödiendichter, gest. 168 v. Chr.

tempestate, vgl. 58, 219. So schreibt Cic. in der That bisweilen statt *tempore*, wie de div. I. 34, 75: *eademque tempestate multis signis Lacedaemoniis Leuctricae pugnae calamitas denuntiabatur;* ebenso *proles* für *progenies* de rep. VI. 21, 23: *si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes unius cuiusque nostrum a patribus acceptas posteris tradere*, und noch häufiger *suboles.*

fari aut nuncupare, vgl. Quint. VIII. 3, 27: *quaedam tamen adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent, quaedam et necessario interim sumuntur, ut nuncupare et fari.*

nuncupare, von Cic. gewöhnlich nur in alterthümlichen Formeln gebraucht, steht doch auch sonst bisweilen für *appellare*, wie de deor. n. II. 25, 65; 28, 71; 23, 60: *illud, quod erat a deo natum, nomine ipsius dei nuncupabant.*

rebar, s. 22, 82, wo es Catulus ohne Negation braucht.

opinabar. Die erste Pers. Impf. scheint damals schon veraltet gewesen zu sein.

loco = *suo loco*, wie p. Mil. 16, 41: *quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitavit occidere?* u. ö.

154. *vel coniungendis v.* Diesem entspricht im Folgenden anakoluthisch *Sed saepe* cet.

Túm pavor cet., aus Ennius' Alcumäo, unten 58, 218 im Zusammenhange angeführt.

expectorat, wie 58, 217 *evitari* gebildet.

Num nón vis cet., vielleicht aus Accius' *Armorum iudicium* entlehnt und dem Charakter des Ajax entsprechend, welcher nach dem Verlust der Waffenrüstung des Achilles seine Entrüstung über des Odysseus' Verschlagenheit ausdrückt.

versutiloquas malitias sc. *punire* od. dgl. Im or. 49, 164 bezeichnet Cic. diesen Ausdruck als hartklingend und für den Redner zu meiden.

videtis enim et versutiloquas et expectorat ex coniunctione facta esse verba, non nata; *sed* saepe vel sine coniunctione verba novantur, ut ille senius desertus, ut di genitales,
155. ut bacarum ubertate incurvescere. Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem iucunditas delectatioque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis. Nam gemmare vitis, luxuriem esse in herbis, laetas segetes etiam rustici dicunt; quod enim declarari vix verbo

---

vel, urspr. = wenn man will, nach Belieben, daher so viel als *etiam*, ohne grade steigernd zu sein.

ille 'senius desertus' = *illud vocabulum senii deserti*, so dass *ille* dem griech. τὸ entspricht. In diesem Falle wird das angeführte Wort mit *ille* in dem vom Satze erforderten Casus gesetzt, wie II. 46, 193: *Numquam illum aspectum dicebat*, d. i. *illud vocabulum aspectus*. Das noch von Terenz (Eun. II. 3, 11) gebrauchte Wort *senius* rührt wahrscheinlich ebenso wie die beiden folgenden Beispiele (von *di genitales* ist es gewiss) von dem durch seine Wortbildungen für die Entwickelung der römischen Sprache epochemachenden Ennius und zwar aus seinen Satiren her.

di genitales, aus Ennius' Annalen, stand in dem Verse: *Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum Degit*. Verkürzt wird derselbe auch Tusc. disp. I. 12, 28 angeführt. Die *di genitales* sind die zwölf oberen Gottheiten:

Juno Vesta Ceres Diana Minerva Venus Mars
Mercurius Jovis Neptunus Volcanus Apollo.

bacarum ubertate incurv. Vollständig steht diese Stelle Tusc. disp. I. 28, 69:

Caelúm nitescere, árbores frondéscere,
Vités laetificae pámpinis pubéscere,
Ramí bacarum ubértate incurvéscere,
Segetés largiri frúges, florere ómnia,
Fontés scatĕre, herbis práta convestírier.

Da in den Eumeniden des Äschylus v. 903 ff. eine ganz ähnliche Stelle steht, so ist es wahrscheinlich, dass diese Verse aus den Eumeniden des Ennius, welche jenen nachgebildet sind, herrühren.

155. *transferendi verbi*, s. z. 37, 150: *propriorum*. Zum Inhalt vgl. die § 149 angeführte Stelle Quint. VIII. 6, 5.

iucunditas: das Gefühl der Annehmlichkeit.

verbi translatio: die Metapher.

Nam gemmare cet. begründet den ersten Theil des vorhergehenden Satzes: *instituta inopiae causa*. Zu *gemmare* vgl. Cat. m. 15, 53: *ineunte vere in iis, quae relicta sunt, exsistit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma* (Auge) *dicitur, a qua oriens uva se ostendit.*

etiam rustici dic. Vgl. or. 24, 81: (*translatione*) *frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum, si quidem est eorum 'gemmare vitis, sitire agros, laetas esse segetes, luxuriosa frumenta'.*

proprio potest, id translato cum est dictum, illustrat id, quod intellegi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Ergo haec translationes quasi mutuationes sunt, cum quod non 156. habeas aliunde sumas: illae paulo audaciores, quae non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt; quarum ego quid vobis aut inveniendi rationem aut genera ponam?

[Similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas, quod 39. 157. verbum in alieno loco tamquam in suo positum, si agnoscitur, delectat, si simile nihil habet, repudiatur.] Sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia:

inhorrescít mare,
Ténebrae conduplicántur, noctisque ét nimbûm occaecát nigror,
Flámma inter nubís coruscat, caélum tonitru cóntremit,
Grándo mixta imbrí largifico súbita praecipitáns cadit,
Úndique omnes vénti erumpunt, saévi exsistunt túrbines:
Férvit aestu pélagus:

omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem ver-

---

posuimus: eig. hingestellt, dah. dargestellt, ausgedrückt haben; vgl. 36, 145 und II. 10, 41: *Crassus — posuit breviter in artis distributione idem, quod Graeci plerique posuerunt;* I. 15, 65. Ähnlich Hor. od. IV. 8, 8: *Sollers nunc hominem ponere, nunc deum;* ep. ad Pis. 34: *ponere totum Nesciet.*

156. *haec,* seltenere Form st. *hae;* jedoch findet sie sich bei Cic. öfters, wie z. B. Tusc. disp. I. 11, 22; III. 34, 84; IV. 16, 36; V. 30, 84.

mutuationes, vgl. die z. 37, 150 angeführte Stelle or. 24, 80.

sumas, s. z. 23, 88: *velis; ponam,* wie § 155: *posuimus.*

39. 157. *Sed ea transferri oportet* kurz für: *Sed hoc unum dicam, transferri ea dumtaxat oportere* cet. Indem Cicero davon absieht, die *inveniendi ratio* und die *genera* der zweiten Klasse der Metaphern anzugeben, beschränkt er sich darauf, nur den Umfang des richtigen Gebrauchs derselben zu bezeichnen.

clariorem: anschaulicher.

inhorrescit cet., aus Pacuvius' Dulorestes, wo der die Achiver, welche von Troja heimkehren, überfallende Meeressturm geschildert wird. Der erste Vers lautet nach de div. I. 14, 24 vollständig:

Ínterea prope iam óccidente sóle inhorrescít mare.

nimbum = nimborum; occaecat, neml. *diem.*

largifico = largo, so dass die Bedeutung des zweiten Theiles des Wortes erloschen ist; vgl. *regificus, laetificus, tristificus, tabificus* u. ä.

fervit, dichterische Form, wie auch Horaz in den Oden nur *lavěre,* in den Satiren und Episteln aber das mehr prosaische *lavare* braucht.

per similitudinem: auf dem Wege der Vergleichung, wie or. 27, 92: *Tralata ea dico —, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur.* Hier ist der fortgesetzte Gebrauch solcher Prädicate gemeint, welche urspr. nur Personen zukommen.

158. bis dicta sunt; aut quo significatur magis res tota sive facti alicuius sive consilii, ut ille, qui occultantem consulto, ne id, quod ageretur, intellegi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,

Quándoquidem ís se circumvestit díctis, saepit sé dolo.

Non numquam etiam brevitas translatione conficitur, ut illud: *Si telum manu fugit.* Imprudentia teli missi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato.

159. Hoc in genere persaepe mihi admirandum videtur quid sit, quod omnes translatis et alienis magis delectentur verbis quam propriis

40. et suis. Nam si res suum nomen et vocabulum proprium non habet, ut p e s in navi, ut n e x u m, quod per libram agitur, ut in uxore d i v o r t i u m, necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere: sed in suorum verborum maxima copia tamen ho-

---

158. *quo significatur*, als ob statt *ea transferri oportet*, *quae* cet. der Sing. vorherginge.

facti — consilii, Gen. der näheren Bestimmung, wie II. 15, 63: *causae — vel casus vel sapientiae et temeritatis.*

ille, die im Drama eingeführte Person, nicht der Schriftsteller, wie II. 10, 39: *ut ait ille in Trinummo.*

Quandoquidem cet., wahrscheinlich aus der Antigone des Accius und Worte des Kreon, welche den sophokleischen nachgebildet sind Antig. 241 ff.: εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα. Sie beziehen sich auf den Wächter, welcher das Bekenntniss zu umgehen sucht, dass Polynikes' Leichnam mit Erde bedeckt ist.

brevitas conficitur, es wird also eine weitläufige Umschreibung unnöthig.

Si telum manu fugit. Vgl. Top. 17, 64: *nam iacere telum voluntatis est, ferire* (treffen) *quem nolueris fortunae; ex quo aries subicitur ille in vestris actionibus: si telum manu fugit magis quam iecit.*

Imprudentia: Unabsichtlichkeit.

missi, sonst gewöhnlich bei Cic. *emissi*, und dies Verb. steht auch II. 53, 214 und 54, 219 von dem *argumentum* und dem *facete dictum*, welche mit *tela* verglichen werden.

159. *genere:* Hinsicht, wie 2, 8; *admirandum*, s. z. 7, 26: *admirabilius.*

40. *pes*, wie im Griech. πούς (Hom. Od. V. 260; X. 32), gew. im Plur.: Schooten.

nexum, eig. das Gebundene, übertragen: jede *per aes et libram* vollzogene Verpflichtung, als Handlung und als Zustand, oder im engeren Sinne, wie I. 38, 173: ein unter jener feierlichen Form abgeschlossener Kauf.

divortium, eig. das Auseinandergehen, wie 19, 69, sodann wie *discidium* die nach gegenseitiger Übereinkunft erfolgte Trennung der Ehegatten.

quod non habeas, aliunde sumere, wie 38, 156.

in: trotz, wie I. 5, 16: *in maxima discentium multitudine, summa magistrorum copia;* oben 8, 29.

mines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant. Id 160. accidere credo, vel quod ingenii specimen est quoddam transilire ante pedes posita et alia longe petita sumere; vel quod is, qui audit, alio ducitur cogitatione neque tamen aberrat, quae maxima est delectatio; vel quod singulis verbis res ac totum simile conficitur; vel quod omnis translatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam et odor urbanitatis et mollitudo huma- 161. nitatis et murmur maris et dulcitudo orationis sunt ducta a ceteris sensibus; illa vero oculorum multo acriora, quae ponunt paene in conspectu animi, quae cernere et videre non possumus. Nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine; unde enim simile duci potest — potest autem ex omnibus —, indidem verbum unum, quod similitudinem continet, translatum lumen adferre orationi. Quo in 162. genere primum est fugienda dissimilitudo: Caeli ingentes fornices. Quamvis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.

---

ratione auf richtige, sachgemässe Weise, wie § 160 u. II. 27, 116.

160. *alio ducitur* cet. Über diese Kraft der Metaphern, die Rede zu beleben, vgl. or. 39, 134: *ex omnique genere (verborum elegantium aut gravium) frequentissimae tralationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc; qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat.*

res ac totum simile: eine wirkliche Sache und ein vollständiges Bildt

quae quidem . . . est. Der Ind. im beschränkenden Relativsatze steh. auch II. 25, 105; 71, 291 u. ö.

sensus acerrimus, vgl. II. 87, 357: *Vidit enim hoc prudenter sive Simonides sive alius quis invenit, ea maxime animis adfigi nostris, quae essent a sensu tradita atque impressa; acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi*; de fin. II. 16, 52 nach Plat. Phädr. p. 250 D.

161. *dulcitudo,* vgl. 25, 99, nicht *dulcedo* ist von Cic. gesetzt, weil hier solche Worte zu wählen waren, welche überwiegend sinnliche Eindrücke bezeichnen.

illa vero oculorum: die vom Gesichtssinn entlehnten Metaphern aber.

cernere et videre: mit leiblichem Auge sehen, s. z. 26, 102: *consumpta et exhausta.*

in aliis rebus. So ist z. B. die *urbanitas* eine *alia res* für den *odor* u. s. w.

omnibus, von *omnia,* s. z. 9, 36: *cuius*; *adferre orationi,* sc. *potest.*

162. *genere,* wie 39, 159.

Caêli ingentes fórnices, Worte des Ennius, viell. aus seiner Hecuba. Der Schwibbogen hat allerdings eine zu schmale Wölbung, um mit dem Himmelsrund verglichen werden zu können.

quamvis sphaeram cet.: das Wort Sphäre, mit leiser Ironie gesagt; *in scaenam, ut dicitur:* auf die Bühne oder unter die Leute, wie man zu

Vive, Ulixes, dúm licet:
Oculis postremum lúmen radiatúm rape!

non dixit cape, non pete — haberet enim moram sperantis diutius esse victurum —, sed rape. Hoc verbum est ad id ap-
41. 163. tatum, quod ante dixerat, dum licet. Deinde videndum est ne longe simile sit ductum: Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim; Charybdim bonorum, voraginem potius; facilius enim ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam haec vel summa laus est in verbis transferendis, ut sensum feriat id, quod translatum sit, fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum
164. animos, qui audient, trahet similitudo. Nolo dici morte Africani castratam esse rem publicam; nolo stercus curiae dici Glauciam: quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo esse aut maius, quam res postulet: Tempestas comissationis; aut minus: Comissatio

---

sagen pflegt, weil Ennius diesen Ausdruck für Himmel öfter gebraucht hat; *tamen* cet.: so kann doch (selbst) eine Kugel keine Ähnlichkeit — haben.

Vive, Ulixes, cet., im Gegensatz zu dem vorhergehenden Beispiel als das einer passenden Metapher angeführt. Vollständig steht der erste Vers Acad. II. 28, 89: *Quid loquar de insanis? — quid ille* (s. z. § 158) *qui,*

videó, video te: víve, Ulixes, dúm licet,

nonne etiam bis exclamavit se videre, cum omnino non videret? wahrscheinlich Worte des wahnsinnigen Ajax aus des Ennius' gleichnamigem Stück.

lumen radiatum (= *radiis praeditum*) hat auch Accius in den Phönissen gebraucht, und in demselben Sinne nach de div. I. 22, 44 im Brutus: *orbem flammeum radiatum solis.*

rape, wie ἁρπάζειν im Griech. gebraucht, vgl. Soph. Aj. 2, um das schnelle Erhaschen des letzten Anblicks zu bezeichnen.

haberet enim moram: denn dies würde den Gedanken an die Langsamkeit oder das Säumen zulassen; vgl. I. 27, 125: *excusationem non habet.*

41. 163. *longe,* hier: aus weiter (unbekannter) Ferne; *ductum* = *petitum,* s. 40, 160.

scopulum: woran das Vermögen gewissermassen scheitert. Der Sinn ist· Statt *Syrtis* und *Charybdis* sind die eigentlichen Ausdrücke *scopulus* und *vorago* vorzuziehen.

Charybdim. Jedoch sagt Cic. selbst in Verr. V. 56, 146: *non enim Charybdim tam infestam neque Scyllam nautis quam istum in eodem freto fuisse arbitror;* Phil. II. 27, 67: *Quae Charybdis tam vorax?*

feriat: lebendig erregt.

164. C. Servilius Glaucia, Prätor im J. 100, wurde mit seinem Gesinnungsgenossen Saturnin in demselben Jahre getödtet.

comissatio, etwa: Lärm.

tempestatis. Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum:

Quidnam ést, obsecró? Quid te adírier abnútas?

melius esset, **vetas**, **prohibes**, **absterres**; quoniam ille dixerat

ílico ístinc,
Ne cóntagió mea bonís umbrave óbsit....

Atque etiam, si vereare, ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo; ut si olim, M. Catone mortuo, **pupillum** senatum quis relictum diceret, paulo durius; sin, **ut ita dicam**, **pupillum**, aliquanto mitius: etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irrupisse, atque ut precario, non vi, venisse videatur. 165.

Modus autem nullus est florentior in singulis verbis nec qui plus 166.
luminis adferat orationi; nam illud, quod ex hoc genere profluit,

---

si modo cet., denn sonst können diese Vorschriften überhaupt keine Anwendung finden.

choreos, d. i. *trochaeos*, wie stets im *orator*, während dort Trochäus den Tribrachys bedeutet.

aut alternos — aut — aut, s. z. 19, 70; *Aristoteles probat*, s. z. 47,

alternos esse oportebit aut in paeone illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur, qui audient, fastidio similitudinis nec nos
194. id, quod faciemus, opera dedita facere videamur. Quod si Antipater ille Sidonius, quem tu probe, Catule, meministi, solitus est versus hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, cum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur, quanto id facilius in oratione, exercitatione et consuetudine adhibita, consequemur!

195. Illud autem ne quis admiretur, quonam modo haec volgus imperitorum in audiendo notet: cum in omni genere tum in hoc ipso magna quaedam est vis incredibilisque naturae. Omnes enim tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione quae sint in artibus ac rationibus recta ac prava diiudicant; idque cum faciunt in picturis et in signis et in aliis operibus, ad quorum intellegentiam a natura minus habent instrumenti, tum multo ostendunt magis in verborum, numerorum vocumque iudicio, quod ea sunt in communibus infixa sensibus nec earum rerum quem-

---

183. Der Ausdruck *pedes alterni sunt aut in paeone aut cretico (sc. numero)* bedeutet dasselbe als *alterni sunt aut paeones aut cretici;* vgl. 47, 182: *ad heroum nos invitat, in quo cet.*

194. Antipater aus Sidon, um 100 v. Chr., stoischer Philosoph und Dichter. Nach Plin. nat. hist. VII 52, 172 wurde er in jedem Jahre an seinem Geburtstage vom Fieber ergriffen und an seinem letzten auch von dieser Krankheit hingerafft.

quem — meministi, wie 33, 133: *Meminerant illi Sex. Aelium cet.*

modis atque numeris, vgl. 48, 184; *fundere*, s. z. 44, 175. Dieselbe Fertigkeit des Extemporirens rühmt Cic. auch an dem Dichter Archias p. Arch. 8, 18 und Quint. X. 7, 19 an diesem und an Antipater.

memoris: von gutem Gedächtniss, wie auch oft (aber nicht immer) *memoriter*, z. B. I. 15, 64.

cum se mente ac volunt. coni. in versum: wenn er es einmal mit ernstlichem Vorbedacht auf Verse angelegt hatte.

sequerentur. Aehnlich I. 33, 152: *si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur.*

195. *quaedam*, s. z. 14, 51: *nova quaedam.*

tacito quodam sensu. Vgl. or. 60, 203: *(versuum) modum notat ars, sed aures ipsae tacito* (unbewusst) *eum sensu sine arte definiunt.*

sine ulla arte cet., die negative Erläuterung eines vorhergehenden positiven Begriffs; vgl. 48, 185.

ars u. *ratio* bedeuten hier im Sing. Kunstverständniss und theoretische Bildung (21, 80) im Plur. Künste und Theorien: ein offenbar beabsichtigtes und wirksames Wortspiel.

instrumenti, bei Cic. immer als Collectivum im Sing., vgl. I. 36, 165: *in oratoris vero instrumento tam lautam supellectilem numquam videram.*

in communibus infixa sensibus, tief eingeprägt oder begründet, vgl.

quam funditus natura esse voluit expertem. Itaque non solum 196.
verbis arte positis moventur omnes, verum etiam numeris ac
vocibus. Quotus enim quisque est qui teneat artem numerorum
ac modorum? At in his si paulum modo offensum est, ut aut
contractione brevius fieret aut productione longius, theatra tota
reclamant. Quid, hoc non idem fit in vocibus, ut a multitudine
ac populo non modo catervae atque concentus, sed etiam ipsi
sibi singuli discrepantes eiciantur? Mirabile est, cum plurimum 51. 197.
in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum
differat in iudicando. Ars enim cum a natura profecta sit, nisi
natura moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur. Nihil est
autem tam cognatum mentibus nostris quam numeri atque voces,
quibus et excitamur et incendimur et lenimur et languescimus et
ad hilaritatem et ad tristitiam saepe deducimur; quorum illa
summa vis carminibus est aptior et cantibus, non neglecta, ut
mihi videtur, a Numa rege doctissimo maioribusque nostris, ut

---

29, 115: *in communi mente quasi impressum*; p. Cluent. 4, 17: *quod in communibus hominum sensibus atque ipsa natura positum atque infixum est.*

196. *arte*, vgl. 43, 171; *offensum est*, s. z. 25, 100: *offenditur.*

theatra, vom Theaterpublicum, wie Tusc. disp I. 44, 106: *Haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferunt, concinuntur, difficile est non eos, qui inhumati sint, miseros iudicare;* or. 51, 173: *In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior. Nec vero multitudo pedes novit nec ullos numeros tenet —, et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.*

reclamant, s. z. 25, 98.

catervae, durch das hinzugefügte *concentus*, welches mit ihm ein ἓν διὰ δυοῖν bildet, als dramatische Chöre bezeichnet. Vgl. p. Sest. 55, 118: *caterva tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens contionata est.*

ipsi sibi singuli discrepantes, wie Tusc. disp. IV. 13, 29: *eorum, qui non longe a sapientia absunt, adfectio est illa quidem discrepans sibi ipsa —, sed non distorta nec prava.* Bei verschiedenen Subjecten wird *discrepare* mit *a* oder *inter*, und das synonyme *dissentire* auch bei einem Subject ebenfalls mit *a* construirt, z. B. Tusc. disp. a. a. O.: *Vitiositas autem est habitus aut adfectio — a se ipsa dissentiens.*

eiciantur, stärker als *explodantur*, wie I. 32, 146 u. p. Sest. a. a. O.: *cantorum ipsorum vocibus eiciebatur.*

doctum et rudem, s. z. 44, 175: *imperito — ignaroque.*

51. 197 *nisi natura moveat:* sie muss durch die unmittelbare Macht der Natur ohne Vermittelung durch die Reflexion *(ratione)* wirken, wenn sie überhaupt etwas ausrichten will. Hinsichtl. der Form des Satzes vgl. I. 28, 126: *quae orator nisi haberet a natura, non multum a magistro adiuvaretur;* ebds. 28, 128.

nihil egisse, wie Tusc. disp. II. 25, 61: *Nihil agis, dolor!*

aptior: mehr geeignet hervorzutreten.

a Numa, wie auch Quint. I. 10, 20 berichtet: *veterum quoque Ro-*

epularum sollemnium fides ac tibiae Saliorumque versus indicant; maxime autem a Graecia vetere celebrata. Quibus utinam similibusque de rebus disputari quam de puerilibus his verborum
198. translationibus maluissetis! Verum ut in versu volgus, si est peccatum, videt, sic, si quid in nostra oratione claudicat, sentit. Sed poëtae non ignoscit, nobis concedit; tacite tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. Itaque illi veteres, sicut hodie etiam non nullos videmus, cum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent — nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus —, terna aut bina aut non nulli singula etiam verba dicebant: qui in illa infantia naturale illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant tamen, ut

---

manorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit; versus quoque Saliorum habent carmen. Quae omnia cum sint a Numa rege instituta, faciunt manifestum, ne illis quidem, qui rudes ac bellicosi videntur, curam musices, quantum illa recipiebat aetas, defuisse.

doctissimo. Er wurde von den Späteren sogar für einen Pythagoreer gehalten, ohne dass diese Ansicht von Cic. Tusc. disp. IV. 1, 3 und Liv. I. 18, 2 getheilt würde.

epularum. Vgl. Tusc. IV. 2, 3: *gravissimus auctor in Originibus dixit Cato morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes;* Brut. 19, 74.

Saliorumque versus, die sog. *axamenta* (ᾄσματα). Vgl. Liv. I. 20, 4: *per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu (Numa) iussit.* Diese Lieder sollten zur Verherrlichung aller Götter (*semones*) dienen, waren aber schon in der Zeit des Horaz (vgl. epist. II. 1, 86) unverständlich und wurden von L. Aelius Stilo commentirt. Quint. I. 6, 40: *Saliorum carmina vix sacerdotibus suis satis intellecta.*

Quibus utinam cet., eine allerdings unzeitige Unterbrechung des Zuzusammenhangs, durch welche aber Cic. an die antiquarischen Studien des Crassus (d. h. seine eigenen) erinnern will und zugleich seiner Eitelkeit Genüge leistet.

puerilibus, vgl. 44, 173; *translationibus:* er meint die ganze, 37, 148 begonnene Erörterung der minutiösen Regeln, welche über den Ausdruck im Einzelnen mitgetheilt werden.

198. *tacite,* vgl. 50, 195; *aptum:* wohlgefügt.

orbem. Dieser Ausdruck für 'Wortkreis, d. i. abgerundete Periode' findet sich auch ohne *quasi,* or. 71, 234: *in Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent.*

nuper: erst seit Crassus selbst. Vgl. II. 28, 121; *qui hoc* (das *ornate dicere*) *primum in nostros mores induxit, qui maxime auxit, qui solus effecit;* ebds. 12, 53: *Pictor et Piso — neque tenent quibus rebus ornetur oratio* (*modo enim huc ista sunt importata*) *cet.;* or. 51, 171: *nos nuper agnovimus* (das *verba concludere*). Dass Cic. auch hier in erster Linie an seine eigenen Verdienste denkt, ist kaum zu bezweifeln.

terna cet., nemlich in jedem Satz; *qui:* welche aber; *in,* s. z. 40, 159; *infantia*: 35, 142; *interspirationibus:* 44, 173.

et illa essent paria, quae dicerent, et aequalibus interspirationibus uterentur.

Exposui fere, ut potui, quae maxime ad ornatum orationis 52. 199.
pertinere arbitrabar. Dixi enim de singulorum laude verborum,
dixi de coniunctione eorum, dixi de numero atque forma. Sed
si habitum [etiam] orationis et quasi colorem aliquem requiritis,
est et plena quaedam, sed tamen teres, et tenuis, non sine nervis
ac viribus, et ea, quae particeps utriusque generis quadam medio-
critate laudatur. His tribus figuris insidere quidam venustatis
non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. Tum deni- 200.
que hic nobis orator ita conformandus est et verbis et sententiis,
ut, quem ad modum qui utuntur armis aut palaestra, non solum
sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed
etiam, ut cum venustate moveantur, sic verbis quidem ad aptam

---

52. 199. *coniunctione*, dasselbe wie 43, 171: *collocatio;* statt *numerus* steht ebds. und 44, 173: *modus*.

habitum, dasselbe wie 25, 96 *genere*, welches dort ebenfalls mit *colore* verbunden ist, und 55, 212: *figuram.*

est et plena cet. S. z. 45, 177: *graves*.

teres, ein Stil, der zwar wortreich, aber doch wohl abgerundet und nach den Regeln der Kunst gestaltet ist: der asiatische Stil, worauf der attische und rhodische folgt.

sine nervis, attributiv, wie 24, 93.

mediocritate, der Abl. *causae*, für welchen häufiger *propter* gesetzt wird, wie *de leg.* III. 7, 15: *regale civitatis genus*, *probatum quondam*, *postea non tam regni quam regis vitiis repudiatum est.*

fuco illitus = *infucatus*, vgl. 25, 100; zu *diffusus* vgl. 25, 96: *fusum aequabiliter per omnem orationem.*

200. *Tum denique:* dann schliesslich, dann endlich, wenn nemlich der Redner in den Stand gesetzt ist, den vorher angeführten Bedingungen zu genügen. Damit geht der Schriftsteller zu dem in den Figuren liegenden Schmuck der Rede über. Zu der Bedeutung von *tum denique* vgl. oben 36, 147 und Tusc. disp. I. 13, 29: *reminiscere — quae tradantur mysteriis: tum denique quam hoc late pateat intelleges;* ebds. III. 31, 75: *Huic erat illa opinio cotidie recens, quae tum denique non appellatur recens, cum vetustate exaruit.*

hic — orator: der uns vorschwebende, von uns bisher besprochene Redner. Zu der Parataxe *hic nobis* vgl. 2, 7: *is eius;* 18, 68: *cuius ego.*

conformandus, d. h. es muss ihm angegeben werden, wie er — anzuwenden habe; vgl. II. 28, 123: *cum ego hunc oratorem, quem nunc fingo, ut institui, crearo, aluero, confirmaro, tradam eum Crasso et vestiendum et ornandum.*

quem ad modum qui utuntur armis cet., vgl. die zu 54, 206 citirte Stelle or 68, 228.

armis aut palaestra, vgl. 59, 220.

ad, s. z. 45, 177; *aptam*, wie 50, 198: wohlgefügt; *compositionem et decentiam:* ἓν διὰ δυοῖν.

compositionem et decentiam, sententiis vero ad gravitatem ora-
201. tionis utatur [ut ii, qui in armorum tractatione versantur]. Formantur autem et verba et sententiae paene innumerabiliter, quod satis scio notum esse vobis; sed inter conformationem verborum et sententiarum hoc interest, quod verborum tollitur, si verba mutaris, sententiarum permanet, quibuscumque verbis uti velis. Quod quidem vos etsi facitis, tamen admonendos puto, ne quid esse aliud oratoris putetis, quod quidem sit egregium atque mirabile, nisi in singulis verbis illa tria tenere, ut translatis utamur frequenter interdumque factis, raro autem etiam pervetustis. In perpetua autem oratione, cum et coniunctionis levitatem et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum.

53. 202. Nam et commoratio una in re permultum movet et illustris

---

201. *Formantur — innumerabiliter*, d. h. es werden aus ihnen unzählige oratorische Gebilde geschaffen, die Wort- und Gedankenfiguren (*σχήματα λέξεως καὶ διανοίας*); so auch *conformationem:* künstlerische Gestaltung, s. z. 9, 36: *conformaret.*

facitis (praktisch bethätiget), neml. *ut verbis quidem ad aptam — orationis utamini.*

admonendos. Die Anwendung der *lumina dicendi* (*σχήματα*) in der *perpetua oratio* ist behufs der Erzielung einer bedeutenden Wirksamkeit in der Rede so wichtig, dass nicht oft genug daran erinnert werden kann. Die Worte *in singulis verbis — pervetustis*, welche logisch untergeordnet sind (= *cum in sing. verbis tr. i. teneatis cet.*), sind, wie öfters, grammatisch beigeordnet worden (vgl. 16, 59), wodurch der Schriftsteller zugleich erreicht hat, dass der Hauptgedanke: *in perpetua autem oratione cet.* in einem selbständigen Satze mit mehr Nachdruck hervorgehoben werden konnte.

esse aliud oratoris cet.: dass für den Redner nichts Anderes erforderlich ist, soweit es einen Vorzug begründen und Staunen hervorrufen soll.

illa tria: 38, 152; 43, 170; *raro*, s. 38, 153.

etiam in steigerndem Sinne: selbst, wegen des superlativischen Ausdrucks *pervetustis.*

levitatem, wie 43, 171: *levis*, 172 *levem*, im Gegensatz zu dem *asper concursus verborum.*

distinguenda: an verschiedenen Stellen zu versehen, zu heben, anders als 25, 96: *distinctum.*

sententiarum atque verborum: über die Wortstellung s. z. 10, 38: *puri sermonis.*

53. 202. In der folgenden Uebersicht der *lumina dicendi* ist der Unterschied von Wortfigur und Gedankenfigur nicht immer leicht zu bestimmen und wohl auch dem Schriftsteller selbst bisweilen unklar gewesen. Die *lumina sententiarum* (§ 202—205) gehen den *lum. verborum* (§ 206—208) voran.

commoratio, *ἐπιμονή*. Der *auct. ad Her.* IV. 45, 58 fügt noch hinzu,

explanatio rerumque, quasi gerantur, sub aspectum paene subiectio, quae et in exponenda re plurimum valet et ad illustrandum id, quod exponitur, et ad amplificandum, ut iis, qui audient, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur; et huic contraria saepe percursio est et plus ad intellegendum, quam dixeris, significatio et distincte concisa brevitas et extenuatio et huic adiuncta illusio a praeceptis Caesaris

---

dass diese Figur in dem *locus firmissimus* angewendet wird, *quo tota causa continetur*. — Die verbale Rectionskraft von Subst. (*commoratio una in re, sub aspectum paene subiectio, plus ad intellegendum significatio cet.*) findet sich besonders in Aufzählungen, wenn die einmal begonnene Redeweise nicht verlassen werden soll. So auch ad Att. IX. 5, 1: *iter ad superum, navigatio infero, discessus Arpinum —, mansio Formiis.*

ill. explanatio od. *expolitio*, ἔκφρασις od. ἐνδιάσκευος διήγησις. Beispiele s. ad Her. IV. 42, 54 ff.

sub aspectum paene subiectio oder *demonstratio*, ὑποτύπωσις, s. ad Her. IV. 55, 68; Quint. IX. 2, 40: *ab aliis* ὑποτύπωσις *dicitur proposita quaedam forma rerum ita expressa verbis, ut cerni potius videantur quam audiri: ipse inflammatus scelere et furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat* (in Verr. V. 62, 161).

plurimum valet: sehr wirksam ist.

percursio, ἐπιτροχασμός, die kurze Erwähnung der Hauptsachen; ein Beisp. bei Aquil. Rom. de figg. p. 148 Ruhnk.: *Caesar in Italiam evolavit, Corfinium Domitio deiecto ceperat, urbe potiebatur, Pompeium persequebatur.*

plus ad intell. significatio, ἔμφασις: ad Her. IV. 53, 67; Quint. IX. 3, 83; Cic. or. 48, 139: *significatio saepe erit maior quam oratio.* Ein Beisp. davon s. de or. II. 66, 268.

distincte concisa brevitas: die gedrängte und doch deutliche Kürze, βραχυλογία; Quint. VIII. 3, 82: *est pulcherrima, cum plura paucis complectimur, quale Sallusti est* (Hist. fragm. II. 47 Dietsch): *Mithridates corpore ingenti, perinde armatus. Hoc male imitantes sequitur obscuritas.* — Zu der Verbindung des Adv. *distincte* mit *concisa* vgl. oben 48, 184: *orationem — non astricte sed remissius numerosam esse oportere;* Tusc. disp. V. 2, 6: *tam impie ingratus esse.* Es können nemlich zu Adject. ausser Gradbestimmungen auch solche Adv. hinzutreten, durch welche angegeben wird, in welchem Sinne die Adj. Geltung haben sollen.

extenuatio od. *deminutio*, ἐξουθενισμός, μείωσις: verkleinernde Darstellung; vgl. ad Her. IV. 38, 50, wo als Beispiel angeführt wird: *nam hoc pro meo iure, iudices, dico, me labore et industria curasse, ut disciplinam militarem non in extremis tenerem* (für *ut optime tenerem*); Quint. IX. 2, 3.

illusio od. *irrisio*, διασυρμός, χλευασμός. Beispiele: Cic. p. Mur. 11, 25, wo die Juristen, 29, 60, wo die Stoiker mit vielem Humor persiflirt werden. Nicht zu verwechseln mit ihr ist die *dissimulatio* oder εἰρωνεία.

a praeceptis Caesaris non abhorrens, d. h. die Persiflage soll zugleich witzig sein. Cäsar hat II. 53, 216—71, 290 die Lehre vom Witz im Zusammenhang erörtert.

203. non abhorrens; et ab re digressio, in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit; propositioque quid sis dicturus et ab eo, quod est dictum, seiunctio et reditus ad propositum et iteratio et rationis apta conclusio; tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque traiectio; et rogatio atque huic finitima quasi percontatio expositioque sen-

---

203. *ab re digressio*, παρέκβασις, ἀποπλάνησις (Episode). Vgl. or. 40, 137: *ut declinet a proposito deflectatque sententiam*; Quint. IX. 2, 56: *brevior illa, ut ait Cicero, a re digressio plurimis fit modis; sed haec exempli gratia sufficient: tum C. Varenus, is qui a familia Anchariana occisus est: — hoc quaeso, iudices, diligenter attendite*, et pro *Milone* (12, 33): *et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur.*

tum reditus ad rem aptus bezeichnet keine neue Figur, sondern nur eine Vorschrift über die Behandlung der *digressio*.

propositio, πρόθεσις. Vgl. ad Her. IV. 26, 35, wo sie als ein Theil der *transitio* bezeichnet wird: *Transitio vocatur, quae cum ostendit breviter quid dictum sit, proponit item brevi quid consequatur, hoc pacto: in parentem cuius modi fuerit habetis; nunc parens qualis exstiterit considerate;* de imp. Cn. Pomp. 2, 6: *Causa quae sit videtis: nunc quid agendum sit considerate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum;* ebds. 8, 20 u. o.

seiunctio: der rhetorische Abschluss einer vorhergehenden Exposition, or. 40, 137 so bezeichnet: *ut, cum transegerit iam aliquid, definiat.* Sie geht in den vorher angeführten Beispielen der *propositio* voran, mit welcher sie häufig verbunden erscheint. Andere Formen derselben sind: *Sed haec (quidem) hactenus; sed sit iam huius disputationis modus; quid multa?; ne multa; sed quid ego argumentor?; quid plura disputo?* u. a. Von Anderen wird diese Figur auch *revocatio* genannt, unter welcher aber Cic. im or. a. a. O. den *reditus ad propositum* versteht.

reditus ad propositum, ἐπάνοδος, immer nur nach einer Digression angewendet, z. B. oben 24, 90: *Sed iam, si placet, ad instituta redeamus;* 34, 137: *Sed ut ad Graecos referam orationem cet.;* II. 38, 157: *Sed, ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio*, u. a.

iteratio, ἐπανάληψις, zur Hervorhebung des besonders wichtigen Gedankens, wie bei Rut. Lup. de figg. I. 11: *Item Hegesiae: Sed instigabat multitudinis animum ad bellum inferendum concitatus iracundia furor. Furor, inquam, non ratio, sine qua nihil umquam populus ex sententia gessit.*

rationis apta conclusio: die treffende Schlussfolgerung im Syllogismus; ad Her. IV. 30, 41: *conclusio est quae brevi argumentatione ex eis, quae arte dicta sunt aut facta, conficit quid necessario sequatur;* or. a. a. O.: *ut argumentum ratione* (logisch richtig) *concludat.*

veritatis superlatio atque traiectio, ὑπερβολή. Vgl. ad Her. IV. 33, 44: *Superlatio est oratio superans veritatem augendi minuendive causa — hoc modo: cuius ore sermo melle dulcior profluebat; ex eodem genere est hoc: tantus erat in armis splendor, ut solis fulgor obscurus videretur.*

traiectionis, eig. von dem Pfeil, der über das Ziel hinaus fliegt.

rogatio od. *interrogatio*, ἐρώτησις. Auf diese Frage, die lediglich zum Ausdruck der Ueberraschung, des Unwillens oder zur Invective (ἔνστασις) dient, wird keine Antwort erwartet, z. B. in Cat. I, 1: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Auf die *percontatio* hin-

tentiae suae; tum illa, quae maxime quasi irrepit in hominum mentis, alia dicentis ac significantis dissimulatio; quae est periucunda, cum in oratione non contentione, sed sermone tractatur; deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio vel ante vel postquam dixeris vel cum aliquid a te ipso reicias; praemunitio 204.
etiam est ad id, quod aggrediare, et traiectio in alium; com-

---

gegen, welche zur Belehrung dient, wird stets eine Antwort *(expositio sententiae suae)* vom Redner selbst ertheilt, z. B. Tusc. disp. II. 22, 51: *ipse se suscitabit, instruet armabit, ut tamquam hosti sic obsistat dolori. Quae sunt ista arma? contentio, confirmatio sermoque intimus cet.* Vgl. Quint. IX. 2, 6 ff. Ad Her. IV. 23, 33 wird die beigefügte Antwort *subiectio* genannt: *subiectio est, cum interrogamus adversarios aut quaerimus ipsi a nobis quid ab illis aut quid contra nos dici possit; deinde subicimus id, quod oportet dici.*

dissimulatio, εἰρωνεία, nach de or. II. 67, 269: *cum toto genere orationis severe ludas, cum aliter sentias, aliter loquare.* Vgl. Quint. IX. 2, 44 ff.

contentione, s. z. 45, 177.

dubitatio, διαπόρησις, ἀπορία, vorzugsweise gebraucht, wenn man nach der *propositio* andeuten will, dass der Stoff zu reichhaltig ist, um leicht überwältigt zu werden, z. B. Tusc. disp. II. 18, 24: *Unde igitur ordiar? an eadem breviter attingam, quae modo dixi, quo facilius oratio progredi possit longius?* Ebds. V. 13, 37: *Unde igitur ordiri rectius possumus quam a communi parente natura?* Vgl. Quint. IX. 2, 19: *Adfert aliquam fidem veritatis et dubitatio, cum simulamus quaerere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit.*

distributio, διαίρεσις. Vgl. ad Her. IV. 35, 47: *Distrib. est, cum in pluris res aut personas negotia quaedam certa dispertiuntur, hoc modo: qui vestrum, iudices, nomen senatus diligit, hunc oderit necesse est; petulantissime enim semper iste oppugnavit senatum; qui equestrem locum splendidissimum cupit esse in civitate, is optet istum maximas poenas dedisse, ne ista sua turpitudine ordini honestissimo maculae atque dedecori sit cet.; qui parentis habetis cet. Est haec exornatio copiosa; comprehendit enim brevi multa et suum uni cuique tribuens officium separatim res dividit pluris;* Cic. or. 39, 138: *ut aliud alii tribuens dispertiat;* p. Mil. 8, 20: *Luget senatus, maeret equester ordo, tota civitas confecta senio est cet.*

correctio, προδιόρθωσις und ἐπανόρθωσις. Die durch *cum aliquid a te ipso reicias* bezeichnete Figur ist in der Regel mit der *traiectio in alium* verbunden.

204. *praemunitio*, προκατάληψις, προθεραπεία, durch welche man einer ungünstigen Beurtheilung seines Vorhabens vorbeugen will, wie div. in Qu. Caes. 1, 1: *Si quis vestrum, iudices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur me, qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendere: is, si mei consilii causam rationemque cognoverit, una et id, quod facio, probabit et in hac causa cet.* Vgl. Quint. IX. 2, 17.

traiectio in alium, μετάστασις, z. B. in Cat. II. 2, 3: *non est ista mea culpa, sed temporum.*

communicatio, ἀνακοίνωσις, *cum aut ipsos adversarios consulimus —,*

municatio, quae est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio; morum ac vitae imitatio vel in personis vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis et aptum ad animos conciliandos vel maxime, saepe autem etiam ad commovendos;
205. personarum ficta inductio, vel gravissimum lumen augendi; descriptio, erroris inductio, ad hilaritatem impulsio, anteoccupatio; tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum; di-

---

aut cum iudicibus quasi deliberamus, quod est frequentissimum, Quint. IX. 2, 20. Vgl. or. 39, 137: *ut saepe cum eis, qui audiunt, non numquam etiam cum adversario quasi deliberet.*

morum ac vitae imitatio, μίμησις, χαρακτηρισμός, ἠθοποιΐα; or. 39, 138: *ut hominum sermones moresque describat.*

vel maxime, sc. *aptum*, des Nachdrucks wegen an das Ende gestellt.

205. *personarum ficta inductio* od. *conformatio*, προςωποποιΐα, vgl. or. a. a. O. *ut muta quaedam loquentia induoat;* ad Her. IV. 53, 66: *Conformatio est, cum aliqua, quae non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cum res muta aut informis fit eloquens et forma ei et oratio attribuitur ad dignitatem accommodata aut actio quaedam.* Z. B. Tusc. disp. II. 20, 46: *loquetur enim eorum voce virtus ipsa tecum: Tunc, cum pueros Lacedaemone — videris excipientis gravissimas plagas et ferentis silentio, si te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis ut mulier —?* In Cat. I. 7, 18; 11, 27.

augendi = *distinguendi*: zu heben.

descriptio, ἀπογραφή, die lebhafte Schilderung der Folgen eines allgemeinen Falls; ad Her. IV. 39, 51: *Descr. nominatur, quae rerum consequentium continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem, hoc modo: quod si istum, iudices, vestris sententiis liberaveritis, statim sicut e cavea leo emissus aut aliqua taeterrima belua soluta ex catenis volitabit et vagabitur in foro, acuens dentis, insultans in cuiusque fortunas, in omnis amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans cet.*

erroris inductio oder *aversio*, ἀποστροφή. Or. a. a. O.: *ut ab eo, quod agitur, advertat animos*, Irreleitung, Anführung, wie z. B. die auf das Gemüth der Richter berechnete Fiction p. Rosc. A. 49, 144.

ad hilaritatem impulsio, χαριεντισμός. Or. a. a. O.: *ut saepe in hilaritatem risumve convertat.* Beisp. s. II. 70, 285; 65, 262.

anteoccupatio oder *occupatio*, πρόληψις oder προκατάληψις. Or. a. a. O.: *ut ante occupet quod videat opponi.* Formen derselben sind z. B. *at, at enim, dices, dicet aliquis* oder *quispiam, forsitan quispiam dixerit, hic quaerat quispiam* u. a.

similitudo od. *simile*, παραβολή, nach ad Her. IV. 45, 59 eine *oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile; ea sumitur aut ornandi causa aut probandi aut apertius dicendi aut ante oculos ponendi.* Ein Beisp. s. oben 52, 200.

exemplum, παράδειγμα. Ad Her. IV. 49, 62: *ex. est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio; id sumitur eisdem de causis, quibus similitudo.* Jedoch kann das Beispiel auch der Erfahrung des täglichen Lebens angehören.

digestio oder *divisio*, μερισμός. Or. 39, 137: *ut dividat in partis;* ad Her. IV. 40, 52: *Divisio est, quae rem semovens ab re utramque absolvit ratione subiecta, hoc modo: cur ego nunc tibi quicquam obiciam? si*

gestio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio; vox quaedam libera atque etiam effrenatio augendi causa; iracundia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio brevis a proposito, non ut superior illa digressio, purgatio, conciliatio,

---

probus es, non meruisti: si improbus, non commovere. Verschieden hiervon ist diejenige Division, mit welcher die Haupttheile einer Abhandlung unterschieden werden.

interpellatio, παρενόχλησις, Unterbrechung. Hinter dieser Figur und vor der *contentio* steht Quint. IX. 2, 2 noch die *interpellantis coercitio*, welche or. 39, 138 allein erwähnt wird: *ut interpellatorem coërceat.* Ein Beisp. de or. II. 65, 262: *L. Aelius Lamia — cum interpellaret odiose, 'Audiamus, inquit, pulchellum puerum', Crassus.*

contentio, ἀντίθεσις. Ad Her. IV. 45, 58: *Cont. est, per quam contraria referuntur.* Als Beispiele werden dort angeführt: *inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes*, und *vos huius incommodis lugetis, iste rei publ. calamitate laetatur; vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis confidit.*

reticentia, παρασιώπησις. Rutil. Lup. II. 11: *Hoc est, cum aliquid nos reticere dicimus et tamen tacitum intellegitur. Et hoc utendum est, cum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare maiorem reticendo possumus. Lycurgi: In praesentia, iudices, iniussu populi quae improbissime gesserit, reticebo: de falsis eius litteris, quas ad senatum miserit, nihil dicam; quam illi saepe interminati sitis, omittam* cet. Quintil. aber versteht IX. 2, 54 unter der *reticentia* die Wortfigur der Aposiopese.

commendatio. Vgl. Quint. IX. 2, 3: *Qui adfectus erunt vel concitati detracta voce libera et effrenatiore, iracundia, obiurgatione, optatione, exsecratione? vel illi mitiores, nisi adiuvantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulsione?* Im or. a. a. O. wird statt der *commendatio* die hier fehlende *comminatio*, κατάπληξις, erwähnt: *ut denuntient quid caveant.*

vox libera oder *licentia*, παῤῥησία, ἐλευθερία. Or. a. a. O.: *ut liberius quid audeat;* ad Her. IV. 36, 48: *Licentia est, cum apud eos, quos vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quo eos aut quos ei diligunt aliquo in errato vere reprehendere videamur.*

iracundia od. *indignatio*, ἀγανάκτησις.

obiurgatio, ἐπιτίμησις, ἐπίπληξις. Ein Beispiel in Cat. I. 6, 13 — 7, 18.

promissio, ὑπόσχεσις. — *deprecatio*, προπαραίτησις, συγγνώμη. Vgl. II. 83, 339: *His quattuor causis (acclamationis adversae populi) totidem medicinae opponuntur: tum obiurgatio, si est auctoritas; tum admonitio quasi lenior obiurgatio; tum promissio, si audierint, probaturos; tum deprecatio, quod est infimum, sed non numquam utile.*

obsecratio, δέησις, ἱκεσία. Vgl. die I. 53, 227 erwähnte Rede des Ser. Sulp. Galba.

declinatio, παρατροπή: eine kurze und der Sache förderliche Abschweifung.

purgatio, κάθαρσις; ein Zugeständniss der Thatsache, aber Ableugnung der Verschuldung, wie in der Rede p. Mil.

conciliatio. Or. a. a. O.: *ut fiat eis, apud quos dicet, familiaris.*

laesio, optatio atque exsecratio. His fere luminibus illustrant
54. 206. orationem sententiae. Orationis autem ipsius tamquam armorum est vel ad usum comminatio et quasi petitio vel ad venustatem ipsa tractatio. Nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias; et paulum immutatum verbum atque deflexum et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio et in eadem verba impetus et concursio et adiunctio et progressio et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio

---

laesio oder *provocatio; optatio*, εὐχή, wie in Cat. I. 13, 33 das an Juppiter gerichtete Gebet.

exsecratio, ἀρά, wie in Verr. I. 15, 40: *O scelus! o portentum in ultimas terras exportandum.*

54. 206. *Orationis ipsius:* die σχήματα λέξεως. Vgl. or. 39, 135. *ad*, wie 52, 200.

petitio. Vgl. or. 68, 228: *Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut, quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic orator nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intellegit.*

geminatio, ἀναδίπλωσις. Ad Her. IV. 28, 38. Vgl. p. Mil. 27, 72: *occidi, occidi non Spurium Maelium.*

immutatum verbum atque defl., die *annominatio*, παρονομασία, das Wortspiel; ad Her. IV. 21, 29: *ad idem verbum acceditur cum mutatione unius aut plurium litterarum, ut ad res dissimilis similia verba accommodentur;* z. B. ebds. 22, 30: *demus operam, Quirites, ne omnino patres conscripti circumscripti putentur.*

eiusdem verbi repetitio, ἐπαναφορά, ἐπιβολή. Ad Her. IV. 13, 19; z. B. in Cat. 1, 1: *nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt.*

in extremum conversio, ἀντιστροφή, ἐπιφορά. Ad Her. IV. 13, 19, wo als Beisp. angeführt wird: *Poenos populus Rom. iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.* Vgl. p. Mil. 22, 59: *Quis eos postulavit? Appius. Quis produxit? Appius.* Das letzte Beisp. gilt auch für die

complexio, d. i. *in eadem verba impetus et concursio*, die Verbindung von Anaphora und Epiphora, συμπλοκή oder κοινότης. Ein Beisp. ad Her. IV. 14, 20: *qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum gesserunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Karthaginienses* cet.

adiunctio, ἐπίζευξις, ἐπεζευγμένον, vgl. Quint. IX. 3, 62: *in qua unum ad verbum plures sententiae referuntur, quarum unaquaeque desideraret illud, si sola poneretur.* Z. B. in Cat. I, 9, 22: *neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor umquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revocaverit.*

progressio, vielleicht dasselbe, was Quint. III. 4, 3 *incrementum* nennt, wozu er als Beisp. anführt in Verr. V, 66, 170: *facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare: quid dicam in crucem*

et revocatio verbi et illa, quae similiter desinunt aut quae cadunt similiter aut quae paribus paria referuntur aut quae sunt inter se similia. Est etiam gradatio quaedam et conversio et verborum 207

---

tollere. Indess scheint dieses Beispiel mehr einem σχῆμα διανοίας zu entsprechen.

eiusdem verbi crebrius positi distinctio od. *traductio.* Ad Her. IV. 14, 20, wo als Beisp. angeführt wird: *cum hominem appellas, qui si fuisset homo, numquam tam crudeliter hominis vitam petisset.*

revocatio verbi. Vielleicht meint Quint. diese Figur IX. 3, 44: *prioris etiam sententiae verbum ultimum ac sequentis primum frequenter est idem.* Z. B. in Cat. I. 1, 2: *hic tamen vivit: vivit? immo vero etiam in senatum venit.*

quae similiter desinunt, ὁμοιοτέλευτα. Ad Her. IV. 20, 28: *Similiter desinens est, cum, tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc pacto: turpiter audes facere, nequiter studes dicere; vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose. Item: audaciter territas, humiliter placas.* Vgl. auch in Cat. I. 1, 1: *abiit excessit, erupit evasit.* Verschieden davon ist die Figur:

quae cadunt similiter, ὁμοιόπτωτα: *cum in eadem constructione verborum duo aut plura sunt verba, quae similiter* e i s d e m c a s i b u s *efferuntur, hoc modo: hominem laudem egentem virtutis, abundantem felicitatis?* ad Her. IV. 20, 28. Diese Figur kann also nur von Nomina gebildet werden. Andere Technographen jedoch, wie z. B. Rut. Lup., unterscheiden das ὁμοιτέλευτον und ὁμοιόπτωτον nur so, dass bei jenem die Gleichheit der Endungen überhaupt weniger aüffällig ist als bei diesem.

quae paribus paria referuntur, das ἰσόκωλον, worüber Rut. Lup. II. 15: *Hoc aut duabus aut pluribus sententiis brevibus et inter se paribus exigitur ita, uti hoc est: Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit exigendi. Nam et multum desiderare egentis est signum, et nihil parcere egestatis est exitium.*

quae sunt inter se similia, πάρισα: *quotiens verbum verbo aut non dissimile valde quaeritur, ut* (Verg. Aen. I. 399): *puppesque tuae pubesque tuorum — et: non enim tam spes laudanda quam res est, aut certe par et extremis syllabis consonans: non verbis, sed armis.* Quint. IX. IV. 3, 75.

207. *gradatio*, κλῖμαξ: *in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, hoc modo: nam quae reliqua spes manet libertatis, si illis et quod libet, licet, et quod licet, possunt, et quod possunt, audent, et quod audent, faciunt, et quod faciunt, vobis molestum non est? — Habet in se quendam leporem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quae propria est huius exornationis.* Ad Her. IV. 25, 34.

conversio oder *commutatio*, ἀντιμεταβολή, *qua verba (discrepantium inter se sententiarum) declinata repetuntur —: non, ut edam, vivo, sed, ut vivam, edo, et —* (Cic. p. Cluent. 2, 5): *ut et sine invidia culpa plectatur et sine culpa invidia ponatur.* Quint. IX. 3, 85; vgl. ad Her. IV. 28, 39.

verborum concinna transgressio, ὑπέρβατον: eine durch die Glätte und das rhythmische Ebenmass der Periode erforderte Umstellung der Worte. Quint. VIII. 6, 62 ff.; ebds. 65: *verum id cum in duobus verbis fit, anastrophe dicitur, reversio quaedam, qualia sunt vulgo 'mecum, secum', apud oratores et historicos 'quibus de rebus'; at cum decoris gratia traicitur longius verbum, proprie hyperbati tenet nomen* (Cic. p. Cluent. 1, 1): *ani-*

concinna transgressio et contrarium et dissolutum et declinatio et reprehensio et exclamatio et imminutio et quod in multis casibus ponitur et quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula et ad propositum subiecta ratio et item in distributis

---

madverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partis, nam 'in duas partis divisam esse' rectum erat, sed durum et incomptum. — Ad Her. IV. 32, 44.

contrarium, ἀντίθετον, z. B. die bekannten Antithesen p. Mil. 4, 10: *Est igitur haec, iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* Quint. IX. 3, 82. — Ad Her. IV. 18, 25.

dissolutum, ἀσύνδετον. Ad Her. IV. 30, 41; Quint. IX. 3, 50. Vgl. in Cat. II. 1, 1: *abiit excessit* cet.

declinatio oder *occultatio* (or. 39, 135), παρημένον: *cum dicimus nos praeterire aut non scire aut nolle dicere id, quod nunc maxime dicimus.* Ad Her. IV. 27, 37. Vgl. p. Mil. 27, 72: *De qua (morte Clodii) si iam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impune Miloni palam clamare ac mentiri gloriose liceret: Occidi, occidi, non Sp. Maelium — sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset), cuius nefandum adulterium* cet. — Vielmehr ein σχῆμα διανοίας.

reprehensio, ἀφορισμός, διορισμός: Quint. IX. 2, 18: *Verborum quoque vis ac proprietas confirmatur vel praesumptione: quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit, aut reprehensione: cives, inquam, si hoc eos nomine appellari fas est;* or. 39, 135: *cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes.*

exclamatio, entw. *admirationis*, ἐκφώνησις, od. *conquestionis (indignationis)*, σχετλιασμός. Ad Her. IV. 15, 22.

imminutio. Das Wesen dieser Figur ist unbekannt. Sie könnte nach or. 47, 157 die Wortverkürzung bedeuten (*deum* für *deorum*, *nosse*, *iudicasse* cet.), nach Quint. IX. 3, 90 aber ist sie ein σχῆμα διανοίας. Von Einigen wird darunter die λιτότης verstanden.

quod in multis casibus ponitur, πολύπτωτον, wozu Rut. Lup. I. 10 (Quint. IX. 3, 36) als Beisp. anführt: *Pater hic tuus nunc denique est, ut egestatem tuam debere alere videatur? Patrem nunc appellas, quem prius egentem auxilio tuo ut alienum deseruisti? Patri tu filius es ad potiundas opes, cuius ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti.*

quod de singulis cet. Eine unbekannte Figur. Man erklärt sie als die „wechselseitige Beziehung der Ausdrücke auf einander", und führt als Beisp. an p. Mil. 4, 10; s. z. *contrarium.*

ad propositum subiecta ratio, αἰτιολογία: gleich den beiden folgenden Figuren vielmehr ein σχῆμα διανοίας. Rut. Lup. II. 19: *Hoc schema efficitur ratione brevi et sententiosa, ita ut, quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur.* Beisp.: *Quod vobis, Athenienses, in suadendo adsentiuntur, vos fallere possunt. Nam dictum ad voluntatem auditoris obscurat veritatem quaestione utilitatis*; ad Her. II. 18, 28: *ratio est, quae causam demonstrat veram esse, in quam intendimus, brevi subiectione.*

in distributis supposita ratio, προςαπόδοσις. Vgl. Quint. IX. 3, 94: προςαπόδοσιν (Rutilius) *dicit —, quia aut singulis statim ratio subiciatur, ut est apud C. Antonium: ,sed neque accusatorem eum metuo, quod sum*

supposita ratio et permissio et rursum alia dubitatio et improvisum quiddam et dinumeratio et alia correctio et dissipatio et continuatum et interruptum et imago et sibi ipsi responsio et

---

innocens, neque competitorem vereor, quod sum Antonius, neque consulem spero, quod est Cicero: aut positis duobus vel tribus eodem ordine singulis continua reddatur, quale apud Brutum de dictatura Cn. Pompei: praestat enim nemini imperare quam alicui servire: sine illo enim vivere honeste licet, cum hoc vivendi nulla condicio est.

permissio, ἐπιτροπή. Ad Her. IV. 29, 39: *perm. est, cum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere et concedere alicuius voluntati, sic: quoniam omnibus rebus ereptis solum mihi superest animus et corpus, haec ipsa, quae mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestrae condono potestati; vos me vestro, quo pacto vobis videbitur, utamini atque abutamini licebit. — Hoc genus tametsi alias quoque non numquam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam vehementissime est accommodatum.* Etwas anders Rutil. Lup. II. 17: *Hoc fieri solet, cum alicui rei vehementer confidimus et de nostro iure iudicibus largimur, ut, quem ad modum videatur illis, constituant, atque eo pareamus.*

alia dubitatio, neml. als die gleichbenannte Gedankenfigur 53, 203: ἀμφισβήτησις, z. B. *sive malitiam, sive stultitiam dicere oportet*, Quint. IX. 3, 88.

improvisum quiddam, ἀπροςδόκητον. Ein Beisp. de or. II. 63, 255: *apud Novium videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci videns percontatur ita: quanti addictus? — mille nummûm. — nil addo, ducas licet.*

dinumeratio, ἀπαρίθμησις, z. B. eingeführt durch *primum, deinde, tum — denique, postremo.*

alia correctio (neml. als die Gedankenfigur 53, 203), von einigen ἐπιτίμησις genannt, *quae tollit id, quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc pacto: quod si iste suos hospites rogasset, immo admuisset modo, facile hoc perfici posset.* Ad Her. IV. 26, 36.

dissipatio: Eintheilung durch Localadverbien, wie Verg. Georg. 1, 54: *hic segetes, illic veniunt felicius uvae, arborei fetus alibi.* Quint. IX. 3, 39.

continuatum, μεταβολή: Häufung einzelner abgekürzter Sätze, wie p. Cluent. 60, 167: *quod autem tempus veneni dandi? illo die? illa frequentia? per quem porro datum? unde sumptum? quae porro interceptio populi? cur non de integro autem datum?* Quint. IX. 3, 37; ad Her. IV. 19, 27.

interruptum, ἀποσιώπησις, Abbrechen des begonnenen und unvollständig gelassenen Satzes, z. B. p. Mil. 12, 33: *de nostrum omnium — non audeo totum dicere;* Tusc. disp. III. 18, 43: *Si vero aliquid etiam —, tum plane luctum omnem absterseris.* Vgl. Quint. IX. 2, 54.

imago, εἰκών, Vergleichung einzelner Begriffe; ad Her. IV. 49, 62: *Imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio*, z. B. *inibat in proelium corpore tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similis*, oder: *iste, qui cottidie per forum medium tamquam iubatus draco serpit dentibus acutis, aspectu venenato* cet.

sibi ipsi responsio, ἀπόφασις, *'cum quasi alio interrogante nobis ipsis respondemus et rationem reddimus'*, Jul. Rufinian. VII. p. 201, Ruhnk. Z. B. p. Lig. 3, 7: *Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui, cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, rei publ. reddidit.* Vgl. 53, 203 zu *rogatio* u. *percontatio.*

immutatio et diiunctio et ordo et relatio et digressio et circum-
208. scriptio. Haec enim sunt fere atque horum similia [vel plura
etiam esse possunt], quae sententiis orationem verborumque con-
formationibus illuminent.

55. Quae quidem te, Crasse, video, inquit Cotta, quod nota esse
nobis putes, sine definitionibus et sine exemplis effudisse. Ego
vero, inquit Crassus, ne illa quidem, quae supra dixi, nova vobis
209. esse arbitrabar, sed voluntati vestrum omnium parui. His autem
de rebus sol me ille admonuit, ut brevior essem, qui ipse iam
praecipitans me quoque haec praecipitem paene evolvere coëgit.
Sed tamen huius generis demonstratio est et doctrina ipsa vol-
garis; usus autem gravissimus et in hoc toto dicendi studio diffi-
210. cillimus. Quam ob rem quoniam de ornatu omni orationis sunt
omnes, si non patefacti, at certe commonstrati loci, nunc quid
aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione videamus.
Quamquam id quidem perspicuum est, non omni causae nec

---

immutatio, die Metonymie od. ἀλλοίωσις. s. 42, 167.

diiunctio est, cum eorum, de quibus dicimus, — unum quidque certo concluditur verbo, sic: populus Rom. Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas evertit. Ad Her. IV. 27, 37.

ordo, τάξις. Rutil. Lup. II. 20: *Hoc fit, cum unaquaeque res novissimorum verborum sententia clare distinguitur. Stratoclis: Nam vehementer eorum vitiis invehi non licebat, reticere omnino non expediebat, suspiciose loqui potissimum placebat.* Jedoch vgl. Quint. IX. 3, 90: *M. Tullius multas in tertio de oratore libro (verborum figuras) posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo videtur ipse damnasse: quarum pars est, quae sententiarum potius quam verborum sit, imminutio, improvisum, imago, sibi ipsi responsio, permissio, contrarium, sumpta ex adverso probatio: quaedam omnino non sunt figurae, sicut ordo, dinumeratio, circumscriptio* (περιγραφή, περίφρασις), *sive hoc nomine significatur comprensa breviter sententia sive finitio;* ebds. § 97: *relationem quid accipi (Cicero) velit, non liquet mihi: nam si ἀνάκλασιν aut ἐπάνοδον aut ἀντιμεταβολὴν dicit, de omnibus his locuti sumus.*

55 208. *effudisse*, d. h. ohne auf das Einzelne näher einzugehen, wie I. 34, 159: *Effudi vobis omnia, quae sentiebam.* Vgl. § 209: *evolvere.*

209. *sol me ille admonuit.* Ueber die Wortstellung s. z. 36, 145: *In qua.*

ipsa, auch zu *demonstratio* gehörig, bezeichnet den Gegensatz zu *usus.*

210. *commonstrati*, wie II. 41, 174: *si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et locos ostenderem locorum.*

loci: die Fundstätten oder Quellen.

deceat, vgl. I. 29, 132: *Roscium saepe audio dicere caput esse artis decere; quod tamen id unum esse, quod tradi arte non possit.*

non omni causae. Vgl. or. 21, 71: *Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus* (vor Gericht, im Senat, in der Volksversammlung) *aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus* (zu bearbeiten) *est aut senten-*

auditori neque personae neque tempori congruere orationis
unum genus. Nam et causae capitis alium quendam verborum 211.
sonum requirunt, alium rerum privatarum atque parvarum; et
aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud iudi-
